BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 H
2

VIII B 91 fra

Digitized by Google

Claſs R: Num: 5.

Digitized by Google

AVRELII AVGVSTINI MILLIARII

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In Archigymnaſio Romano in Iure Ciuili Materiarum ext. ord. Publici Interpretis

Ad Leges Tituli Digeſtorum
De Diuerſis Regulis
Iuris Antiqui
Notæ, ſeù Breues Commentarij.

Habent ſua fata Libelli.

ROMÆ,
Typis Io: Franciſci Buagni 1692.

Superiorum Permiſſu.

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Apoſt. Pal.

H. Fortunatus Epiſc. Neritonen. Viceſger.

Ex commiſſione Reuerendiſs. P. F. Thomæ Mariæ Ferrarij Mag. Sac. Pal. Apoſtolici perlegi *Commentarios ad Leges Tit. ff. de Diuerſ. Reg. Iur.* D. Aurelij Auguſtini Milliarij in Archigymnaſio Romano publici Iuris Ciuilis Profeſſoris, nihilque in ijs reperi Catholicæ Fidei, aut bonis moribus aduerſum; quinimò ſolidas, ſuccique plenas breuibus notis doctrinas continentes. Quare dignos cenſeo vt in lucem edantur.

F. Iacobus Riccius Profeſſor Theologiæ in Archigymnaſio Romano, Procurator Generalis Ord. Præd. & Examinator Apoſtolicus Cleri in Vrbe.

Imprimatur.

F. Thomas Maria Ferrari Ordinis Præd. S.A.P. Magiſter.

INDEX ALPHABETICVS Legum Tit. ff. de Diuerſis Regulis Iuris.

ABſentia. pag. 205.
Actus legitimi. 116.
Ad ea quæ. 232.
§. Semper. 234.
§. In contractibus. 235.
Aliud eſt vendere. 238.
§. Refertur. 239.
§. Abſurdum. 240.
Alterius circumuentio. 76.
Bona fides. 86.
Bona fides tantundem. 199.
Capienda occaſio. 249.
§. Quod factum eſt. 251.
Conſilij non fraudulenti. 73.
Creditor. 236.
Contractus quidam. 34.
Cui ius eſt. 243.
Cuius effectus. 214.
Cuius per errorem. 81.
Culpa caret. 77.
Culpa eſt. 58.
Cùm amplius. 126.

§. *Is natura*. 127.
Cùm par delictum. 223.
Cùm Prætor. 187.
Cùm Principalis. 268.
Cúm quis poſſit. 245.
Cum ſeruis. 157.
Cùm tempus. 23.
Diuus Pius. 48.
Domum ſuam. 91.
Donari videtur. 124.
Ea eſt natura. 95.
Ea quæ dari. 198.
Ea quæ in partes. 284.
§. *In re dubia*. 286.
Ea quæ rarò. 94.
Ea ſola. 145.
Eius eſt nolle. 5.
Etſi nihil. 273.
Ex pœnalibus. 87.
Expreſſa nocent. 288.
Ex qua perſona. 215.
Factum à Iudice. 254.
Factum cuique ſuum. 225.
§. *Non videtur*. 226.
§. *In pœnalibus*. 227.
Fauorabiliores. 183.
Ferè in omnibus. 158.

Fe-

Ferè quibuſcunque. 221.
Filiusfamilias. 140.
Fœminæ. 3.
Fraudis interpretatio. 119.
Fructus rei eſt. 105.
Furioſi. 63.
Generaliter. 118.
Heredem. 88.
Hereditas. 92.
Hoc Iure. 217.
  §. *Deijcit*. 219.
  §. *In maleficio*. ibid.
  §. *In contractibus*. 220.
Id quod noſtrum eſt. 15.
Imaginaria venditio. 22.
Imperitia. 195.
Impoſſibilium. 275.
In ambiguis. 128.
  §. *Non eſt nouum*. 129.
  §. *Quoties*. 131.
In ambiguis orationibus. 143.
In condemnatione. 257.
  §. *Cùm verbum*. 258.
  §. *Vnicuique*. 259.
  §. *Dolo facit*. 259.
In contrahenda. 256.
In eo, quod plus. 160.

† 3 §. *Ne-*

§. *Nemo*. 161.
§. *Pupillus*. ibid.
§. *Vbi verba*. 163.
§. *Mulieribus*. 164.
In eo, qnod vel is. 55.
In his, quæ officium. 263.
§. *Non debeo*. 265.
In iure ciuili. 240.
In negotijs. 7.
In obſcura voluntate. 269.
In obſcuris. 168.
In omnibus cauſis. 62.
In omnibus cauſis la 2. 99.
In omnibus obligationibus. 19.
In omnibus quidem. 137.
In pari cauſa. 188.
§. *Hi qui*. 189.
In perſonam. 33.
§. *Generaliter*. ibid.
In Teſtamentis. 17.
In toto & pars. 168.
In toto Iure. 120.
In totum. 115.
Inuito. 101.
Inuitus. 227.
§. *Cui damus*. 228.
§. *Cùm quis*. 229.

§. *Ple-*

§. *Plerunque*. 230.
§. *Quod cuique*. 231.
Is demmum. 253.
§. *Quod pendet*. ibid.
Is qui actionem. 21.
Iura ſanguinis. 11.
Iure naturæ. 300.
Ius noſtrum. 10.
Libertas. 156.
Libertas omnibus. 179.
Marcellus. 97.
Melior conditio, 196.
Minus eſt. 297.
Nec ex prætorio. 45.
Nemo alieno. 180.
§. *Temporaria*. 181.
Nemo damnum. 217.
Nemo de domo. 152.
Nemo dubitat. 142.
Nemo enim. 132.
Nemo ex his. 68.
Nemo ideo obligatur. 255.
Nemo plus Iuris. 82.
Nemo plus commodi. 177.
Nemo poteſt gladij. 101.
Nemo poteſt mutare. 114.
Nemo prædo eſt. 185.

§. *Lo-*

§. *Locupletior*. ibid.
§. *Cùm de lucro*. 186.
Nemo, qui condemnare, 60.
Nemo videtur. 212.
Neque in Interdicto. 291.
Neque pignus. 70.
Neratius. 283.
Nihil conſenſui. 171.
§. *Non capitur*. 172.
§. *Non videntur*. 173.
Nihil dolo. 189.
§. *Cùm principalis*. 191.
Nihil intereſt. 167.
Nihil peti. 276.
Nihil tam naturale. 57.
Non alienat. 176.
Non debet actori. 64.
Non debet alteri, 112.
Non debet, cui plus. 31.
Non defendere. 79.
Non eſt ſingulis. 265.
§. *Infinita*. 266.
Non fraudantur. 197.
§. *Nemo*. 198.
Non omne. 210.
§. *In ſtipulationibus*. 211.
Non poteſt dolo. 292.

Non

Non poteſt improbus. 149.
Non poteſt videri. 303.
Non ſolent. 141.
Non ſolet deterior. 132.
Non videntur data. 247.
§. *Qui iuſſu*. 248.
Non videtur cepiſſe. 1S.
Non videtur quiſquam. 78.
Non videntur rem amittere. 125.
Non vt ex pluribus. 237.
Non vult heres eſſe. 9.
Nulla intelligitur. 134.
Nullum Crimen. 159.
Nullus videtur. 83.
Nunquam actiones. 192.
Nuptias non concubitus. 51.
Omnes actiones. 203.
§. *Non videtur*. 204.
Omnia ferè. 286.
Omnia quæcunque. 104.
Omnia quæ ex Teſtamento. 294.
Omnia quæ Iure. 149.
Omnis definitio. 295.
Omnis hereditas: 201.
§. *Nunquam*. 202.
Parem eſſe. 216.
Plerunque. 298.

Plus

Plus cautionis. 43.
Pœnalia Iudicia. 244.
Prætor. 174.
Priuilegia. 289.
Pupillum. 166.
§. *In heredem*. 166.
Pupillus. 280.
Quandiu. 135.
Quatenus. 40.
Quæ ab initio. 305.
Quæ dubitationis. 122.
Quæ legata. 25.
Quæ propter. 242.
Qui auctore. 200.
Quid quid. 75.
Qui cum alio. 27.
Qui dolo. 193.
Qui in alterius. 66.
Qui in ius. 267.
§. *Nemo*. 268.
Qui in ſeruitute. 175.
Qui non facit. 178.
Qui per ſucceſſionem. 286.
Qui poteſt. 44.
Qui poteſt facere. 260.
§. *Quod quis*. 262.
Qui rem. 245.

Qui

Qui ſine dolo. 93.
Qui tacet. 208.
Qui vetante. 151.
Quod à quoquam. 72.
Quod attinet. 54.
Quod contra. 206.
§. *Vni duo*. 207.
Quod euincitur. 283.
Quod initio. 49.
Quod ipſis. 209.
Quod iuſſu. 270.
Quod nullius. 272.
Quod quis. 212.
Quod quis ex culpa. 296.
Quoties dubia. 30.
Quoties duplici. 138.
Quoties idem. 98.
Quoties nihil. 293.
Quoties vtriuſque. 147.
Quò tutela. 106.
§. *Nemo*. 107.
§. *Vi factum*. 108.
§. *Quæ in teſtamento*. 110.
§. *Nec paciſcendo*. ibid.
Regula eſt. 1.
Res Iudicata. 303.
Secundum naturam. 14.

Sem-

Semper in coniunctionibus. 290.
Semper in dubijs. 85.
Semper in obſcuris. 12.
Semper in ſtipulationibus. 56.
Semper qui non prohibet. 90.
Semper ſpecialia. 213.
Seruitutem. 304.
Seruus. 306.
Sicuti pœna. 61.
Si in duabus. 154.
Si Librarius. 139.
Si nemo. 270.
Si quis obligatione. 170.
Si quis prægnantem. 278.
Toties in heredem. 69.
Vani timoris. 274.
Velle non creditur. 6.
Verum eſt. 53.
Vbicunque. 156.
Vbi lex. 150.
Vbi non voce. 182.
Vbi pugnantia. 279.
§. *Quæ rerum natura*. 280.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVRELII AVGVSTINI MILLIARII

IN ARCHIGYMNASIO ROMANO
In Iure Ciuili Materiarum ext.ord.
Publici Interpretis Ordinarij
Ad Leges tituli Digeſtorum

De (a) *diuerſis Regulis Iuris* (b) *antiqui*
Notæ, ſeù breues Commentarij.

Lex I. Paulus lib. ſexto decimo ad Plautium.

Regula eſt, quæ rem, (c) *quæ eſt, breuiter enarrat, non vt* (d) *ex regula Ius ſumatur: ſed ex Iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & vt ait Sabinus, quaſi* (e) *cauſæ coniectio eſt, quæ* (f) *ſimul cùm in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.*

A a *De*

a DE diuerſis &c. Sic legitur in Pand. Flor. Et dicitur de diuerſis &c. Neque enim receptas omnes Regulas Iuris antiqui hic Titulus continet. Vel ſic explica: De Regulis ex diuerſis Iuris materijs decerptis.

b *Iuris antiqui.* Ius antiquum vocat non id quod abrogatum eſt Iure nouo: Sed quo iàm diu populus eſt vſus ante Iuſtinianum. Prætereà Ius antiquum vocat non quod Leges, vel Conſtitutiones introduxerunt, ſed antiquam prudentiam Iuris auctorum, *vt eſt in l. 21. C. de furt.* & conſonam Iuris Conſultorum definitionem, *vt in l. vlt. C. Theod. de diuerſ. reſcript. Ex Cuiac. & Goth. hic.*

c *Quæ rem, quæ eſt.* Quæ Ius, quod eſt.

d *Non vt ex Regula Ius ſumatur &c.* Ius eſt Regula ipſa antiquius. Non ergo Ius ex Regula: ſed ex Iure, quod eſt, Regula fit.

e *Quaſi cauſæ coniectio eſt.*

Con-

Conjicere cauſam,forenſe verbum eſt; nec aliud ſignificat, quàm Cauſæ argumentum Iudici, apud quem agendum eſt, ſummatim exponere. Itaque Sabinus oſtendere volens Regulam, quæ Iure conſtituta ſunt, breuiter & ſummatim complecti, eam cauſæ conie&ctioni comparat. Ex Duareno *Diſput. Anniuerſ. lib.*1. *cap.*46.

f *Quæ ſimul cùm in aliquo vitiata eſt &c.* Regula, quibus Caſibus vitiatur, ſubuertitur, irrita fit: perdit ſuum officium, ideſt, effectum. Quod accidit Regulis Iuris facillimè, & ſæpiſſimè ob circumſtantiarum diuerſitatem.

Lex II. Vlpianus libro primo ad Sabinum.

Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, (a) *vel publicis, remotæ* (b) *ſunt: & ideò nec Iudices eſſe poſſunt, nec Magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio* (c) *interuenire, nec procuratores exiſtere. Item impu-*

bes omnibus (d) *officijs ciuilibus debet abſtinere*.

a F*Oeminæ ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis &c.* Pro eodem hæc accipienda eſſe pleriq; Interpretum cenſent. Verùm Ciuilia hìc à publicis ſubtiliter diſtingui oportet: Sic quidem vt Publica, Ciuilia quoque ſint; non retrò, omnia Ciuilia Publica. Officia Publica hac Regula ſunt, quę cum publica auctoritate exercentur, vt Iudices eſſe, Magiſtratum gerere. Ciuilia verò, quæ etſi priuata auctoritate expediantur, attamen in Ciuitatis, vel Iudiciorum conſpectu peraguntur, vt Poſtulare, Pro alio interuenire, Procuratores exiſtere. Ergo vt à Publicis ità & à Ciuilibus his officijs prohibentur fœminæ. *Vide Iacob. Gothofred. hic*.

b *Remotæ ſunt*. Verecundia enim muliebris facit ne debeant, imbecillitas, ne poſſint fœminæ publicis, vel Ciuilibus officijs fūgi.

c *Nec*

c *Nec pro alio interuenire*. Interpretes hoc de fideiuſſoria Interceſſione, quæ Senatus Conſulto Velleiano inhibetur, accipiunt. Sed interueniendi voce hic, non interceſſoria, ſeù fideiuſſoria opera intelligenda eſt, verùm Iudicialis quædam opera, & Ciuile officium, Cognitoriæ, & Procuratoriæ ſimile, vt oſtendit Iacob. Gothofred. *in noſtra Lege, verſ. Et hæc quidem, & in l. Semper.60. ff. eod.*

d *Omnibus Officijs Ciuilibus*. Et multò fortiùs omnibus Officijs Publicis. Nàm impubes Iudicio caret, *l. cum Prætor* 12. *ff. de Iudicijs.* Quod agit nō intelligit, *l. vlt. ff. de Iur. & facti ignor.* Et quid videat, ignorat, *l.* 1. *circa finem C. de falſa moneta*.

Lex III. Vlpianus libro tertio ad Sabinum.

Eius eſt (a) *nolle, qui poteſt velle.*

a E*Ius eſt nolle &c.* In Pandect. Florent. Eius eſt non nolle

le &c. Vt ſit ſenſus: Eius eſt patientiam præſtare, qui poteſt velle, *vt in l.*1. §. *Scientiam ff. de Tribut. act.* In Vulgatis exemplaribus ità legitur: Eius eſt nolle, qui poteſt velle. Quam lecturam confirmat *l. nolle* 4. *ff. de acquir. vel omitt. hered.*, quæ vt lex noſtra ex Vlpiani libro tertio ad Sabinum deſumpta eſt, docètque hanc Regulam pertinere ad acquiſitionem hereditatis. Qui ergo poteſt adire hereditatem, poteſt etiam nolle adire, vt *in noſtra l.*3. Et è contrario: Qui non poteſt adire, non videtur nolle adire. *dicta l.*4.

Lex IV. Idem libro ſexto ad Sabinum.

Velle (b) *non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini.*

b VElle *non creditur &c.* Hæc etiam Regula pertinet ad acquiſitionem hereditatis. Filius ergo vel ſeruus, qui in adeunda here-

hereditate obſequitur imperio patris vel domini, eam voluiſſe non videtur. Dicitur tamen eam voluiſſe neceſſitate poteſtatis, *l. Diuus Claudius* 15. §. *Et quatenus ff. ad leg. Cornel. de falſ.*

Lex V. Paulus libro ſecundo ad Sabinum.

In (a) *negotijs contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui* (b) *fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligerent. Nàm furioſus nullum negotium contrahere poteſt, pupillus* (c) *omnia tutore autore agere poteſt.*

a IN *negotijs &c.* Furioſus nullum negotium contrahere poteſt. Quia nullam voluntatem habet, *l. furioſi* 40. *ff. h. t,* Et per omnia, & in omnibus, abſentis, vel quieſcentis loco habetur, *l.* 2. §. *furioſus ff. de Iure Codicill.* Eſt enim furor, vt ait Cicero *Tuſcul. Quæſt. lib.*3., Mentis ad omnia

 cœ-

cæcitas. Pupillus omnia negotia contrahere poteſt, tutore auctore §. *Pupillus, Inſtit. de Inutil. ſtipul.* Negotij contrahendi appellatione etiam aditio hereditatis continetur; nàm & qui adit contrahere videtur, *l.* 3. § *vlt. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. Qui cum alio* 19. *ff. h. t.* Poteſt ergo pupillus adire, & ſtipulanti promittere, tutore auctose, Stipulari etiam ſine tutore. Namque placuit pupillum poſſe alium ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate. §. *pupillus Inſt. de Inutil. ſtip.* Et ratio quare aliter hæc in pupillo, aliter in furioſo recepta fuere, eſt quia furioſi impotes animi prorſus ſunt, non ſic pupilli: & magis furor à ſanitate diſtat, quàm infirmitas ætatis.

b *Qui fari poſſunt &c* Qui ſunt pupilli, non infantes. Infans ex eo appellatur, quòd fari non poſſit. Eſt autem receptum vt ne fari quis poſſe videatur ante ſeptimum annum, quoniã & ſi ante ſeptimum annum pueri loquantur, non tamen

men

men intelligunt antè quid loquantur, *l.* 1. §. 1. *ff. de adminiſt. tut. l. Si infanti* 18. *C. de Iure deliber.*

c *Pupillus omnia &c.* Quod benignè & fauorabiliter propter vtilitatem pupilli qui fari poteſt, receptum eſt, *l. pupillus 9 ff. de acquir. vel omit. hered.* §. *Sed quod diximus, Inſt. de inutil. ſtip. l. Seruum 6. ff. rem pupil. ſal. for. l* 1. §. *huic proximus ff. de oblig. & act.*

Lex VI. Vlpianus lib. ſeptimo ad Sabinum.

Non (a) *vult heres eſſe, qui ad alium transferre* (b) *voluit hereditatem.*

a NOn *vult hæres eſſe &c.* Fuit quæſtionis, an pro herede gerere videatur, qui pretium hereditatis omittẽdæ, mortis cauſa capit, ſiuè à ſubſtituto, ſiuè à legitimo. Et obtinuit hunc pto herede quidem nõ gerere, qui ideò accipit, ne heres ſit. In edictum tamen prætoris incidere, *l. fuit quæſtionis* 24. *ff. de acquir. vel omitt.*

hered. In edictum ſcilicèt prætoris: Si quis omiſſa cauſa teſtamenti. Proinde legatarijs, & fideicommiſſarijs tenebitur: ſic tamen vt poſſeſſor hereditatis prior excutiatur, *l. 2. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt.*

b *Transferre voluit*. Qui paſſus eſt re ipſa transferri.

Lex VII. Pomponius libro tertio ad Sabinum.

Ius (a) *noſtrum non patitur eundem in paganis, & teſtatò & inteſtatò deceſſiſſe: earùmque rerum* (b) *naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus, & inteſtatus.*

a IVs *noſtrum &c.* Idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere non poteſt, niſi ſit miles. Ideòque ſi paganus vnum tantùm ex parte heredem ſcripſerit, heres ſcriptus ex parte, ex aſſe erit heres. §. *hereditas, Inſtit. de hered. inſtit.* Per querelam tamen poſteà pro parte teſtatus, & pro par-

parte inteſtatus quis fieri poteſt, non solùm ità, vt vnum habeat heredem ex teſtamento, & alium ab inteſtato, ſed vnum eundemq; habeat partim teſtatò, partim inteſtatò heredem. *l. mater 19. ff. de Inoffic. teſtam.* Cuiac. ad noſtram legem in fine.

6 *Earùmque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt &c.* Sicuti igitur naturalis ratio duo contraria in eodem ſubiecto ſimul ſtare non patitur: ità nec lex Ciuilis.

Lex VIII. Pomponius libro quarto ad Sabinum.

Iura (a) *ſanguinis nullo* (b) *Iure ciuili dirimi poſſunt.*

a *IVra ſanguinis &c.* Ius ſanguinis, Ius cognationis, non adgnationis ſignificat. Adgnatio enim ciuile, cognatio naturale nomen eſt, *l. vlt. §. Inter adgnatos ff. de grad.* Hęc ſanguinis Iura nullo Iurę Ciuili dirimi poſſunt. Ideo-

que, licèt legitimis capite deminutis non detur bonorum poſſeſſio Iure heredis legitimi: gradu tamen cognatorum vocantur, *l. legitimis* 5. *ff. Vnde cognati*.

b *Nullo Iure Ciuili dirimi poſſunt*. Attamen maxima, & media capitis deminutione Iura cognationis pereunt. §. *Quod autem, Inſt. de capit. demin.* Sed tunc non tolluntur nudo ſolòque Iure Ciuili, ſed delicto accedente. Imò ob inciuile factum ſeù delictum, non tam ciuiliter, quàm naturaliter tunc tolli videtur cognatio, ſeù Ius cognationis.

Lex IX. Vlpianus libro quintodecimo ad Sabinum.

Semper (a) *in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur*.

a SEmper *in obſcuris &c.* Referri debet hæc Regula ad queſtionem legatorum, & exemplum eius deſumi poteſt ex *l. Si ità ſit ad-*

adſcri-

ſcriptum 14. *ff. de legatis primo*. Vbi dicitur, quod Papinianus ait, ſi poſt legata vni ſæpiùs adſcripta, ſubiecit teſtator, ſemel præſtari velle: ipſo iure videri cætera legata adempta. Sed quod magis erit ademptum? Non enim apparet. Et ait, poſſe dici, exiguius eſſe præſtandum. Aliud exemplum ſumi poteſt ex *l. Idem Iulianus* 41. §. *Scio ff. de legatis primo*. Vbi cùm quidam, duos fundos eiuſdem nominis habens, legaſſet fundum Cornelianum, & eſſet alter pretij maioris, alter minoris: & heres diceret minorem legatum, legatarius maiorem: vulgò fèrebatur, vtique minorem eum legaſſe, ſi maiorem non potuerit docere legatarius. Et etiam in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus, id quod minimum eſt ſequimur in obſcuris, *l. Semper* 34. *ff. h. t.* Ex qua *l. & ex l. In obſcuris* 114. *ff. eod.* apparet, quod in obſcuris, non ſtatim ſequimur quod eſt minimum, ſed anteà inſpici ſolet, quod

ve-

verisimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet. Ideòque non male Doctores hanc Regulam vocant ſubſidiariam.

Lex X. Paulus libro tertio ad Sabinum.

Secundum (a) *naturam eſt. commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda.*

a SEcundum naturam eſt &c. Secundum naturam eſt, commoda cuiuſq; rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda. Si ergo gregis, vel armenti ſit vſusfructus legatus: debebit fructuarius ex adgnatis gregem ſupplere, ideſt, in locum capitum defunctorum, vel inutilium, alia ſummittere: vt, poſt ſubſtituta, priora fiant propria fructuarij, *l. Vetus* 74. *in fine*, *& l. ſeq. ff. de Vſufructu*. Similiter, agri Vſufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ ſubſtituendæ ſunt: & priores ad

fru-

fructuarium pertinent, *l. agri* 21. *ff. de Vſufructu*. Sic id, quod poſt emptionem fundo acceſſit per alluuionem, vel perijt: ad emptoris commodum incommodùmque pertinet, *l. Id quod* 7. *ff. de peric. & com. rei vend.* §. *Cùm autem emptio, Inſtit. de empt. & vend.* Facit ad hanc noſtram Regalam, regula *Qui ſentit, de reg. Iur. in ſexto*.

Lex XI. Pomponius libro quinto ad Sabinum.

Id quod (a) *noſteum eſt, ſine* (b) *facto noſtro ad alium trausferri non poteſt*.

a ID *quod noſtrum eſt &c.* Si gregis, vel armenti ſit vſusfructus legatus, fœtus pecorum ad fructuarium pertinet: debebit tamen fructuarius ex adnatis gregem ſupplere, ideſt, in locum capitum defunctorum, vel inutilium, alia ſummittere. Et ſubſtituta ſtaſtim domini fiunt, & fructuarij eſſe

eſſe deſinunt. Facto igitur fru-ctuarij opus eſt. Summittere au-tem facti eſt, *l. Vetus 74. in fine, & l. 75. & 76. ff. de Vſufructu.*

b *Sine facto noſtro ad alium trāſ-ferri non poteſt.* Id quod noſtrum eſt, ad alium ſolet transferri per traditionem, præcedente iuſta ali-qua cauſa, vti eſt venditio, do-natio &c. *l. Nunquam 31. ff. de ac-quir. rer. dom.* Interdum tamen nuda voluntas domini ſufficit ad rem transferendam, veluti ſi rem, quam tibi aliquis cnmmodauit, aut locauit, aut apud te depoſuit, vendiderit tibi, aut donauerit. Quamnis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit: eo tamen ip-ſo, quod patitur tuam eſſe, ſtatim tibi adquiritur proprietas, perin-de ac ſi eo nomine tradita fuiſſet. *§. Interdum, Inſtit. de rerum diuiſ. l. qua ratione 9. §. Interdum ff. de acquir. rerum dom.* Imò & ſine fa-cto, & ſine voluntate domini in-terdum dominium transfertur, ve-luti Vſucapione, adiudicatione, &

ma-

maiori Imperio Principis, & diſtractione pignoris. In his omnibus hæc Regula vitiatur. Cuiacius ad noſtram legem in fine.

Lex XII. Paulus libro tertio ad Sabinum.

In (a) *teſtamentis pleniùs* (b) *voluntates teſtantium* (c)*interpretantur.*

a IN *teſtamentis &c.* Sumi poteſt exemplum ex *l. plenum* 12. §. *Sed & ſi pecoris ff. de Vſu, & habit.* Vbi Vlpianus ait: Sed & ſi pecoris ei relictus vſus eſt (puta gregis ouilis) ad ſtercorandum vſurum duntaxat, Labeo ait: ſed neque lana, neq; lacte, neq; agnis vſurum: hæc enim magis in fructu eſſe. Hoc amplius, etiam modico lacte vſurum puto. Neque enim tam ſtrictè interpretandæ ſunt voluntates defunctorum. Item is, qui ædium Vſum habet, hactenus Ius habere intelligitur, vt ipſe tantùm habitet: Nihilominus definitum

tum fuit benigna interpretatione, vt is, cui ædium legatus eſſet vſus, hoſpites, libertos, inquilinos, & clientes recipere poſſet. Et etiam ſi mulieri ędium relictus eſſet vſus, fuit admiſſum vt cum marito, & ſocero habitare mulier poſſet, *l.* 2. 3. *&* 4. *ff. de Vſu, & habit.* Atque ità pleniùs, quàm expreſſum eſſet in teſtamento, huiuſmodi legata interpretationem accipiunt.

b *Pleniùs*. Pleniùs, ideſt, non ſtrictè, aut pleniùs quàm ſtricti Iuris ratio ferat. Cuiac. hic.

c *Interpretantur*. Interpretationem accipiunt.

Lex XIII. Vlpianus libro xix. ad Sabinum.

Non (a) videtur cepiſſe, qui per exceptionem à petitione remouetur.

a NOn *videtur cepiſſe &c.* Qui legatum cepit, à querela repellitur, *l. Si pars* 10. §. *vlt. ff. de inoffic. teſt.* Legatum capitur etiam agni-

agnitione ſola ipſo Iure ex xiji Tab. An igitur legatum cepiſſe, videatur, & conſequenter à querela remoueatur filius, qui legatum petijt, ſed per exceptionem à petitione remotus fuit? Minimè, *l. Nihil intereſt* 12. §. *Si cum filius ff. de Inoffic. Teſtam.* Capere enim cum effectu accipitur, *l. Aliud eſt capere* 71. *ff. de Verb. ſignific.*

Lex XIV. Pomponius libro quinto ad Sabinum.

In omnibus (a) *obligationibus, in* (b) *quibus dies non ponitur, præſenti die* (c) *debetur.*

a IN *omnibus obligationibus &c.* Quoties in obligationibus dies non ponitur, præſenti die pecunia debetur: niſi locus adiectus, ſpatium temporis inducat, quo illo poſſit perueniri, *l. Eum qui* 41. §. *Quoties ff. de verb. oblig.* Vel niſi res ipſa diē trahat, veluti ſi ſtipulatus ſim abs te, domum ædificari: non

enim

enim ante agi poteſt ex ea cauſa, quàm tempus præterierit, quo domus ædificari poſſet, *l. Si ità* 14. *ff. de verb. oblig.*

b *In quibus dies non ponitur*. In Conſtituto, ſi dies, qua ſolutio fiat, ſit prætermiſſa, tacitè dies ſubintelligitur, & conſtituens videtur ſe ſoluturum decima die cōſtituiſſe, *l. Promiſſor Stichi* 21. §. *Si ſine ff. de conſtit, pecun.*

c *Præſenti die debetur*. Et confeſtim peti poteſt: §. *Omnis ſtipulatio*, *Inſtit. de Verb. oblig.* Sed hoc cum aliquo temporis ſpatio, quo traditio fieri poſſit, accipiendum eſt, §. *vlt. Inſtit. de Inutil. ſtipul. l. quod dicimus* 105. *ff. de ſolutionibus, & liberat.* Quod tempus definiendum eſt arbitrio Iudicis, arg. *l.* 1. §. *vlt. ff. de Iur. deliber.*

Lex

Lex XV. Paulus libro quarto ad Sabinum.

Is qui (a) *actionem habet ad rem recuperandam, ipſam* (b) *rem habere videtur.*

a IS *qui actionem &c.* Rem in bonis noſtris intelligimur habere, quoties poſſidentes, exceptionem : aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus, *l. Rem in bonis* 52. *ff. de acquir. rerum dom.* Et interdicta quoque actionis verbo continentur, *l. Actionis verbo* 36. *ff. de obligat. & act.*

b *Ipſam rem habere videtur.* Vt rei dominus dici poſſit, & conſequenter, vt de ea quoque poſſit diſponere.

Lex

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Lex XVI. Vlpianus libro xxj. ad Sabinum.

Imaginaria (a) *venditio non eſt, pretio* (b) *accedente*.

a IMaginaria venditio &c. Contractus imaginarij, etiam in emptionibus, Iuris vinculum non obtinent: cùm fides facti ſimulatur non intercedente veritate, *leg. contractus* 53. *ff. de oblig. & act.* Hinc Neratius venditionem donationis cauſa inter virum, & vxorem factam, nullius eſſe momenti ait, ſi modò, cùm animum vendendi maritus non haberet, idcircò venditionem commentatus ſit, vt donaret. Enim verò ſi cùm animum vendendi haberet, ex pretio ei remiſit: venditionem quidem valere: remiſſionem autem hactenus non valere, quatenus locupletior facta eſt, *l. Si ſponſus* 5. §. *Circa venditionem ff. de donat. inter vir. & vxor.*

b *Pretio accedente*. Accedente rei

rei valore. Alciatus Parerg. lib.3. cap.11.

Lex XVII. Vlpianus lib. xxiij. ad Sabinum.

Cùm (a) *tempus in teſtamento adijcitur, credendum eſt pro herede adiectum, niſi* (b) *alia mens fuerit teſtatoris: ſicuti in* (c) *ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adijcitur.*

a CVm *tempus &c.* In Teſtamentis tempus adiectum creditur pro herede: ſicuti in ſtipulationibus pro promiſſore. h.d. Quod igitur quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur: ei poteſtas eſt, quolibet eius anni die dandi. *l. quod quis 49. ff. de oblig. & act.*

b *Niſi alia mens &c.* Quandoque enim ex mente Teſtatoris credendum eſt tempus in teſtamẽto adiectum eius cauſa, cui ab herede hereditas, vel quid aliud relin-

linquitur: Veluti ſi in tempus pubertatis ei, qui impubes ſit, fideicõmiſſum relictum ſit: Tunc enim Pegaſus ait, fructus præſtandos, & antecedentis temporis, *l. Si ità relictum* 44. §. *Pegaſus ff. de legatis* 2. Similiter à muliere heres inſtitutus, & rogatus hereditatem filiæ mulieris, cùm certam ætatem puella compleſſet, reſtituere: etiam fructus perceptos reſtituere debet: Mentem enim defunctæ matris aliam fuiſſe apparet, quàm vt tempus pro herede adiectum credi debeat, *leg.* 3. §. *cùm Pollidius ff. de Vſuris*.

c *Sicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia &c.* In obligationibus diei adiectio pro reo eſt, non pro ſtipulatore, *l. Eum, qui Calendis* 41. §. *Quoties ff. de Verb. oblig.* §. *omnis ſtipulatio, verſ. In diem, Inſt. de Verb. oblig.*

Lex XVIII. Pomponius libro ſexto ad Sabinum.

Quæ (a) *legata mortuis nobis ad heredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his,*(b)*quorum in poteſtate ſumus, eodem* (c) *caſu adquirimus, aliter atque quod ſtipulati ſumus. Nàm & (d) ſub conditione ſtipulãtes, omnimodò eis adquirimus, etiam ſi liberatis nobis poteſtate domini conditio exiſtat.*

a QVæ *legata mortuis nobis &c.* Si poſt diem legati cedẽtem legatarius deceſſerit, ad heredem ſuum transfert legatum. Si purum legatum ſit, vel in diem certã relictum: ex die mortis dies eius cedit. Sed ſi ſub conditione ſit legatum relictum, vel ſub incerto die, non prius dies legati cedit, quàm conditio fuerit impleta, vel dies incertus extiterit, *l. Si poſt diem* 5. *ff. quando dies legat. vel fideicomm. ced. & l. Vnica* §. *Cùm igitur, in fine, &* §. *Sin au-*

tem Cod. de caducit. tollen.

b *His, quorum in poteſtate ſumus &c.* Si cum dies legati cedere inciperet, alieni quis iuris eſt: debetur ijs legatum, quorum iuri fuit ſubiectus. Et ideò ſi purum legatum fuit, & poſt diem legati cedentem liber factus eſt, apud dominum legatum relinquet, *dicta l. Si poſt diem* 5. *circa finem*.

c *Eodem caſu.* Mortuis .ſ. nobis.

d *Nàm & ſub conditione ſtipulantes &c.* Sub conditione ſtipulantes, omnimodò eis, quorum in poteſtate ſumus, adquirimus, etiam ſi liberatis nobis poteſtate domini, conditio exiſtat. Quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus, *l. non omne ff. h. t.* Et quod in noſtra lege dicitur in ſeruo, obtinet etiam in filiofamilias. Si enim filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit, propter iàm dictam rationem, *l. Si filiusfamilias* 78. *ff. de verb. oblig.*

Lex

Lex XIX. Vlpianus lib. xxiv. ad Sabinum.

Qui cum (a) *alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis* (b) *eius. Heredi autem hoc imputari non poteſt, cùm non ſponte cum legatarijs contrahit.* §. *Non ſolet* (c) *exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.*

a QVi *cum alio contrahit &c.* Reus qui ſtipulanti promittit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis ſtipulatoris. Et ideò ſi filiofamilias promiſerit, patri eius ſoluere debet, non filio ſine patris voluntate. Sed ſi filiofamilias ſoluerit, cùm ignoraret eum eſſe filiumfamilias, an liberatur? Minimè, quia debuit eſſe non ignarus conditionis ſtipulatoris. Itaque patri integra eſt actio. Nonnunquam tamen iuſta eſt huius rei ignorantia, vt in *l.* 3. *ff. ad Senat. Conſ. Maced.*

ced. Sed culpatur regulariter. Simili modo, ſi filiofamilias ab herede legatum ſit, heres ſoluere patri debet, non filio; niſi nominatim filio ſolui iuſſerit Teſtator: Tunc enim heredi non imputatur, cur non patri, ſed filio potiùs ſoluerit, *l. Si vſusfructus* 14. §. *Si ità quis ff. quando dies legat. vel fideicom. ced.* Sed ſi nominatim filio ſoluere iuſſus non ſit, & ignorans eum eſſe filiumfamilias, ei ſoluerit, heredem liberari placet, quia heredi hæc ignorantia imputari non poteſt, cùm non ſpontè cum legatarijs contrahat. Ideſt, cùm non ipſe legatarios faciat, ſed in eos incidat, per additionem hereditatis. Cuiac. *hic, & obſeruat. lib.*7. *cap.*36.

b *Conditionis eius*. Status eius. Puta paterfamilias ſit, an filiusfamilias, ſeruus, an liber.

c *Non ſolet exceptio doli &c.* Si Teſtator nominatim iuſſerit filiofamilias legatum ſolui: patri agenti obſtat exceptio doli mali, quia

quia contra voluntatem defuncti petit, *dicta l. Si vſusfructus* 14. §. *Si ita quis ff. quando dies legat. vel fideicomm. ced. l. apud Celſum* 4. §. *prætereà ff. de dol.mal.& met. excep.* Sed ſi filiofamilias legauerit, neque adiecerit, vt ei ſolueretur, patri non obſtat exceptio, quoniam ei voluntas Teſtatoris non refragatur, imò ſuffragatur potiùs, quia contemplatione eius filio relictum videtur. Idem Cuiac. hic. Poteſt etiam in hoc §. *ſpecies ſic poni*: Legatum tacitè adimitur ſi capitales, vel grauiſſimæ inimicitiæ inter Teſtatorem, & Legatarium ſuperuenerint, & legatario petenti legatum, obſtat exceptio doli mali, quia contra voluntatem defuncti petit. Sed ſi ante mortem, iterum in amicitiam redierint Teſtator, & Legatarius, legatum, redintegratur, *leg.* 3. §. *Non ſolùm autem, & l.*4. *ff. de adim. vel transfer. legat.* Hoc igitur caſu Legatario petenti legatum, exceptio doli mali non nocet, quo-

niam, ei voluntas Teſtatoris non refragatur.

Lex XX. Pomponius libro ſeptimo ad Sabinum.

Quoties (a) dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundùm libertatem reſpondendum eſt.

a *Quoties dubia &c.* Si quis ſeruo pignorato directam libertatem dederit: licèt videatur iure ſubtili inutiliter reliquiſſe: attamen quaſi ei fideicommiſſaria libertate relicta, ſeruus petere poteſt, vt ex fideicommiſſo liber fiat. Fauor enim libertatis ſuadet, vt interpretemur, & ad libertatis præſtationem accedere teſtamēti verba, quaſi ex fideicommiſſo fuerit ſeruus liber eſſe iuſſus. Nec enim ignotum eſt, quod multa contra Iuris rigorem pro libertate ſunt conſtituta, *l. generaliter* 24. §. *ſi quis ſeruo ff. de fideicomm. libert.* Aliud exemplum ſumi poteſt ex *l.*

Cùm

Cùm inter veteres 14. *C. de fideic. libert.* Vbi, cùm inter veteres dubitaretur, an in ventre exiſtenti per fideicommiſſum poſſet libertas relinqui: Iuſtinianus, libertatis fauore, ſtatuit, quod ei directò, & per fideicommiſſum poſſet libertas relinqui: Et ſi plures naſcerentur, omnes eſſent liberi.

Lex XXI. Vlpianus lib. xxvij. ad Sabinum.

Non debet, (a) *cui plus* (b) *licet*, *quod minus eſt non licere*:

a NOn debet, cui plus licet &c. Si creditor conceſſerit donare, & vendiderit debitor, repelletur creditor, *l. ſicut* 8. §. *Sed ſi permiſerit ff. Quibus mod. pign. vel hypot. ſolu.* Similiter qui poteſt alienare, etiam pignorare poteſt, *l. Sed & qui* 9. *ff. de pignoribus*. Item, cùm Teſtamento relinquendi, cui velint, adepti ſint filijfamilias milites liberam facul-

tatem: credi poteſt ea etiam remiſſa, quæ donationes mortis cauſa prohibent, *l. Marcellus* 15. *ff. de mortis cau. don.* Ad alias quoque ſpecies quamplurimas hæc noſtra Regula referri poteſt, & præſertim ad eam, quam habemus *in l.*3. §. *ſi ità ff. de Statu liberis*, quæ lex deſumpta eſt ex eodem Vlpiani libro 27. ad Sabinum, ex quo fuit deſumpta Regula noſtra. Si ergo ità ſit libertas ſeruo data, ſi quinquennio heredi ſeruierit: deinde heres non pateretur eum ſibi ſeruire, non ſtatim perueniret ad libertatem: quaſi quinquennium præterijſſet: Is enim, qui non patitur quem ſibi ſeruire, poſteà pati poteſt intra quinquennij tempus. Non enim debet, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere.

b *Cui plus licet.* In alijs legitur: Cui quod plus eſt licet.

Lex

Lex XXII. Vlpianus lib. xxviij. ad Sabinum.

In perſonam (a) *ſeruilem nulla cadit obligatio.*

a IN *perſonam ſeruilem &c.* Serui ex delictis quidem obligantur: & ſi manumittantur, obligati remanent. Ex contractibus autem ciuiliter quidem non obligantur, ſed naturaliter obligantur. *l. Serui* 13. *ff. de oblig. & act.*

§. Generaliter.

Generaliter (b) *probandum eſt, vbicumque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini, vel* (c) *procuratoris eius,* (d) *conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendũ eſſe.*

b *Generaliter probandum eſt, &c.* Venditione ſerui facta (ſi rationes domini computaſſet arbitrio) placuit, magis in viri boni arbitrium id collatum videri, quàm in do-

mini, *l. hæc venditio* 7. *ff. de con-trahenda emptione.*Generaliter enim probandum eſt &c.

c *Vel procuratoris eius*. Idem eſt ſi conferatur in arbitrium extranei.

d *Conditio*. Hoc eſt, qualitas alicuius rei approbanda vel improbanda, vtique iàm obligatione contracta.

Lex XXIII. Vlpianus libro xxix. ad Sabinum.

Contractus (a) *quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam. Dolum* (b) *tantùm, depoſitum &* (c) *precarium: dolum* (d) *& culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his* (e) *quidem & diligentiam. Societas* (f) *& rerum communio, & dolum* (g) *& culpam recipit. Sed hæc itâ, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plùs, vel minùs in ſingulis*

gulis contractibus : nàm hoc ſeruabitur, quod initio (h) *conuenit. Legem enim contractus dedit, excepto eo, quod Celſus putat, non valere, ſi* (i) *conuenerit, ne dolus præſtetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrariũ eſt,& ità vtimur. Animalium verò caſus, mortes,* (k) *quæque ſine culpa accedunt, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non* (l) *ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo* (m) *præſtantur.*

a Contractus, *quidam dolum malum &c.* Dolus malus eſt, omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, *l.*1 §. *Dolum ff. de dolo malo*. Culpa duplex eſt, alia lata, alia leuis. Lata iterum duplex; alia, quæ dolo proxima eſt, dolùmque habet admixtum, alia, quæ ex ſupina, & craſſa ignoratione prouenit. Priorem illi com-

mittunt, qui ſcientes officium negligunt, eam diligentiam in rebus alienis non adhibendo, quam in ſuis adhibent. Alteram hi, qui officium ideò negligunt, quia non intelligunt, & adeò negligunt, vt non intelligant, quod omnes intelligunt, *l. cedere diem* 213. §. *vlt. l. latæ* 223. *in princ. ff. de Verb. ſig.* Quæ culpa, cum ex imperitia, ignorantia, ruſticitate proueniat, dolo non æquiparatur. Leuis verò culpa eſt media inter latam culpam, & diligentiam. Et ille eſt in leui culpa, qui in rebus ſuis negligens eſt, eamdemque negligentiam, quam in ſuis adhibet, in alienis exercet: dummodò tamen in ſuis non ità ſit negligens, vt ea faciat, quæ nullus faceret, & ea non intelligat, quæ omnes intelligunt: hoc enim caſu eſſet in lata culpa, vt diximus. Cheſius *Interpret. Iur. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 3. *cum ſeq.* Contractus igitur quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam,

pam, vt in ſequentibus Notis explicabitur.

b *Dolum tantùm, depoſitum.* Dolum, inquam, & latam culpam, *leg.1. C. depoſiti.* Et ratio quare is, apud quem res aliqua deponitur, ex eo ſolo teneatur, ſi quid dolo, vel lata culpa commiſerit, eſt quia non ſua gratia accepit, ſed eius, à quo accepit. Et etiam quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, ſuæ facilitati id imputare debet, *l. 1. §. Is quoque, apud quem ff. de act. & oblig.* §. *Præterea, Inſtit. Quib.mod. re contr. oblig.* Quandoque tamen is, apud quem res aliqua depoſita eſt, culpæ nomine, ideſt, deſidiæ, ac negligentiæ tenetur: vt puta ſi conueniat, vt in depoſito & culpa præſtetur, *l.1. §. Si conueniat ff. depoſiti*, Si ſe depoſito obtulit. *dicta l.1. §. ſæpè euenit*, Si fuit in mora reſtituendi depoſitum. *l. ſi in Aſia* 12. §. *vlt. ff. depoſiti*, Si pretium depoſitionis non quaſi mercedem accepit. *leg.* 2. §. *In*

hac

hac actione ff. de Vi bonor. raptorum.

c *Et precarium*. Dolum malum duntaxat recipit precarium. Nec immeritò dolum ſolum præſtat is, qui precariò rogauit, cùm tandiù precariò tantùm vtatur, quandiù is voluerit, qui precariò conceſſit. Culpam tamen dolo proximam contineri, quis meritò dixerit, *l quæſitum eſt* 8. §. *eum quoque ff. de precario*. Illa enim dolus eſt, *l quod Nerua* 32. *ff. depoſiti*. Et etiam vbi moram quis, facit precario, leuis culpæ nomine, tenetur, *dicta l. quæſitum eſt* 8. §. *planè*.

d *Dolum & culpam, mandatum &c.* Mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, dotis datio, tutelæ, negotia geſta recipiunt dolum, & culpam latam, & leuem.

e *In his quidem & diligentiam.* Cuiacius legit: *In his quidam & diligentiam*. Quidam, mandatum ſcilicèt, commodatum, tutela, negotia geſta. Diligentiam, ideſt,

exa-

exactiſſimam accurationem, cuſtodiamque: Ità vt in his quatuor contractibus leuiſſima culpa præſtetur. Idem Cuiac. Sed Cheſius *Interpret. Iur. lib.*1. *cap* 45. *num.*8. *& ſeq.* exiſtimat, ac docet, quod in Iure noſtro in foro fori nulla adhibenda ſit diſtinctio inter diligentem, & diligentiſſimum patremfamilias, ſeù, quod idem eſt, inter diligentiam exactam, & exactiſſimam,& per conſequens,quod nulla ſit culpa leuiſſima, quæ à leui differat.

f *Societas & rerum communio.* Societas voluntaria. Rerum communio, ſocietas neceſſaria, veluti hereditaria ſocietas.

g *Et dolum & culpam recipit.* Et dolum, inquam, & culpam latam, non etiam leuem, *l. Socius ſocio* 73. *ff. pro ſocio.* §. *vlt. Inſtit. de Societate, l. heres* 26. §. *Non tantùm ff. famil. erciſ.* Vide Cheſium *lib.*1. *Interpret. Iur. cap.*45. *nu.* 24. *& ſeq.*

h *Quod initio conuenit.* Vel in-

con-

continenti, *leg. Iuriſgentium* 7. §. *Quinimmò, ff. de pactis.*

i *Si conuenerit, ne dolus præſtetur.* Illud nulla pactione effici poteſt, ne dolus præſtetur, *l. Si vnus* 27. §. *Illud ff. de pactis, l.*1. §. *Illud ff. depoſiti.*

k *Mortes, quæque &c.* In vulgatis legitur: *Morteſque, quæ ſine culpa accidunt.*

l *Qui cuſtodiri non ſolent.* Quia integræ opinionis videntur. *l. Si à bonæ fidei* 21. *ff. de rei vindic.*

m *A nullo præſtantur.* Niſi aliud conuenerit, *l.*1. *C. depoſiti, l. Negocium* 22. *ff. de negoc. geſt.*

Lex XXIV. Paulus libro quinto ad Sabinum.

Quatenus (a) *cuiuſque interſit, in facto, non in iure conſiſtit.*

a Q*Vatenus cuiuſq; interſit &c.* Eius quod intereſt definitio obſcura, & difficilis eſt. Nàm quatenus cuiuſque interſit, in

in facto, non in Iure conſiſtit. Ius certum eſt, facti interpretatio plerunque etiam prudentiſſimos fallit, *l.2. ff. de Iur. & fac. ignor.* Poteſt enim ex eodem facto pro ratione perſonarum, locorum, temporum, aliàs pluris, aliàs minoris intereſſe: Immò interdum ne intereſſe quidem. Et ſemper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur, *l. ſemper 9. & l. ſemper 34. ff. h. t.* Hac ratione id quod intereſt in obſcuro plerunque ad exiguam ſummam deducitur, *leg. vlt. ff. de prætor. ſtipul.* Arbitrio ſcilicèt Iudicis: Quatenus enim cuiuſque interſit, quantùmque ſit æquum eo nomine præſtari, in Iudicis arbitrio poſitum eſt, *l. Semper 15. §. In hoc Interdicto ff. Quod vi, aut clam.* Optimum eſt igitur ab initio, vitandæ obſcuritatis cauſa, pro eo quod intereſt, certam ſummam ſtipulari, dicta *leg. vltima ff. de prætorijs ſtipulationibus. §. Vltimo, Inſtitut. de Verb. obligat.* Iuſtinianus autem ſua Cõſtitu-

ſtitutione in *l. Vnica C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* pro vt poſſibile eſt, Iudici, in cuius arbitrio poſita eſt taxatio eius quod intereſt, dat legem quam ſequatur: Separando Caſus certos ab incertis, & Caſus certos vocat eos, qui certam habent quantitatem, vel naturam, ideſt, quibus directò & principaliter proponitur agi de certa pecunia, vel de corpore certæ rei, vt contingit in venditionibus: habent enim venditiones certum pretium, & taxatam quantitatem, & rem certam regulariter. Et in Caſibus certis Iuſtinianus definiuit, id quod intereſt, non poſſe dupli quantitatem excedere. In Caſibus autem incertis, qui certam & finitam quantitatem, vel rem non habent, Iuſtinianus ad finem dupli non taxauit id quod intereſt, ſed arbitrio Iudicis reliquit, vt ipſe æſtimaret in rei veritate quantum intereſſet actoris, vel rei. Potes videre Cuiac. ad noſtram legem, & ad *d. l. Vnicam*.

Lex

Lex XXV. Pomponius libro xj. ad Sabinum.

Plus (a) *cautionis in rem eſt, quàm in perſonam.*

a PLus cautionis &c. Plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam. Plus cautionis, ideſt, ſecuritatis, momenti, ponderis, virium. Et eadem vis eſt eius quod dicitur: Expedit creditori pignori potiùs incumbere, quàm in perſonam agere. §. *Vnde conſtat, Inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſc.* Quod etiam his verſibus Martialis oſtendit:

Cùm rogo te numos ſine pignore, non habeo, inquis,
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non credis, veteri, Theleſine, ſodali,
Credis colliculis, arboribuſq; meis.

Lex XXVI. Vlpianus libro xxx. ad Sabinum.

Qui poteſt (a) inuitis alienare, multò magis & ignorantibus, & abſentibus poteſt.

a QVi poteſt inuitis &c. Qui te inuito poteſt alienare, multò magis & te ignorante, & abſente. Non enim debet ei, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere, *l. non debet* 21. *ff. h.t.* E.g. Socius inuito ſocio poteſt cõmunis prædij portionem ſuam alienare, ergo multò magis & ſocio ignorante, & abſente, *l.3. &* 4. *C. de commun. rerum alien.* Non tamen locum habet hæc Regula in creditore. Creditor inuito debitore pignus vendere poteſt: Non tamen & ignorante, & abſente eo. Nàm denunciare prius debet ei, vt pignus luat, *l. Si conuenerit* 4. *ff. de pignor. act. l. vltima C. de Iure dom. impet.* Pignorum diſtractio, an, & quando à creditoribus fieri poſſit,

poſſit, Videte in meis Comment. Inſtit. ad §. Contra autem, *quibus alienare licet, vel non*.

Lex XXVII. Pomponius libro xvj. ad Sabinum.

Nec ex (a) *prætorio, nec ex ſolemni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt: quamuis* (b) *obligationum cauſæ pactione poſſint immutari, & ipſo iure,* (c) *& per pacti conuenti exceptionem: quia* (d) *actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc,* (e) *cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.*

a NEc ex prætorio &c. Nec ex prætorio, nec ex ciuili Iure priuatorum conuentione, quicquam immutari poteſt. Huic Regulæ ſimilis eſt Regula illa: Priuatorum conuentio Iuri publico non derogat, *l. neque pignus* 45. §. *priuatorum ff. h. t.* E.g. Iure, præ-

prætorio maritus ad quem dotis nomine quid peruenit, tenetur funeraria actione. Hoc Ius pacto infirmari non poteſt in dote danda, *leg. Neratius* 20. *ff. de relig. & ſumpt. funer.* Iure Ciuili paterfamilias habet liberam teſtamenti factionem, *Vlpian. in frag. Tit.* 11. §. *Teſtamento*. Conuentione igitur nulla adſtringi poteſt, ne v. g. alium, quàm Titium heredem faciat. Iure Ciuili filia ſuccedit patri: Pacto fieri non poteſt ne ſuccedat, *l. vlt. ff. de ſuis, & legit. hered.* Iure Ciuili inter virum, & vxorē donationes prohibitæ ſunt, *l.* 1. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Pacto inter eos fieri non poteſt, ne ob res donatas agatur, *l. conuenire* 5. *ff. de pact. dotal.* Alia exempla videte *in l. quod de bonis* 15. §. *Frater ff. ad leg. falcid. & in l.* 1. §. *Si inter ff. de Magiſtrat. conuenien.*

b *Quamuis obligationum cauſæ.* Ideſt, qualitates, & accidentia contractuum, ſeù quæ ſunt de contra-

tractuum natura externa: Vti eſt in emptione euictio, in commodato culpæ præſtatio, & id genus alia. Et obſerua obligationum cauſas, & modum actionum in hac Regula pro eodem accipi.

c *Et ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem.* Actiones ipſo Iure infirmantur, ſi quid conueniat initio contractus: v. g. ſi in commodato conueniat ab initio ne culpa præſtetur: culpæ nomine ipſo iure non eſt actio commodati, *l. contractus* 23. *ff. h. t.* Si verò ex interuallo interpoſita ſit conuentio, non niſi per pacti conuenti exceptionem actiones infirmantur: v.g. Si ex interuallo poſt perfectam emptionem conueniat ne venditor de euictione teneatur; interpoſita conuentio factum exigit, ideſt, exceptionem, *l. pacta conuenta* 72. *ff. de contrahen. empt.*

d *Quia actionum modus &c.* Hoc eſt, quia actio prætoria, vel ciuilis, pactionibus non infirmatur ipſo iure, ſed tantùm ope exce-

ceptionis, niſi tunc, cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

e *Tunc cùm inchoatur actio.* In ipſo cōtractus, ſeù actionis initio.

Lex XXVIII. Vlpianus libro xxxvj. ad Sabinum.

Diuus Pius (a) *reſcripſit, eos qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod* (b) *facere poſſunt condemnandos.*

a DIuus Pius reſcripſit &c. Extraneus dotem promiſit marito pro muliere ex cauſa donationis, & defectus eſt facultatibus ante ſolutionem dotis: An imputabitur marito, cur eum non conuenerit? Minimè: Parcendum enim eſt marito, qui non præcipitauit ad ſolutionem eum, qui donauerat: quemque in id, quod facere poſſet, condemnari feciſſet mulier, ſi conueniſſet. Hoc enim Diuus Pius reſcripſit: Eos, qui ex liberalitate conueniuntur, in id, quod

quod facere poſſunt, condemnandos, *l. Si extraneus* 34. *ff. de Iure dotium*. A marito verò in ſolidum conueniri poteſt is, qui donauit, *l. Neſennius* 41. *ff. de re iudicata*. Sed nō imputatur marito cur non conuenerit eum, cum quo & ipſa mulier mitiſſimè egiſſet.

b *In id quod facere poſſunt.* Deducto ære alieno, *l. Inter eos* 9. §.1. *ff. de re iudicata*. Et ipſorum ratione habita ne egeant. *l. In condemnatione* 173. *ff. h. t. l. Inter eos* 19. §. *vlt. ff. de re iudicata*. Heres verò, & fideiuſſor donatoris conueniuntur in ſolidum. *l. & ſi fideiuſſor* 24. *& l. ſciendum eſt* 25. *ff. de re iudicata*.

Lex XXIX. Paulus libro octauo ad Sabinum.

Quod (a) *initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.*

a QVod initio &c. Quę ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſt facto conualeſcere non po-

teſt, *l. quæ ab initio* 210. *ff. hoc tit. princ. tit. Inſtit. de exhered. liber.* Item legatum, quod ab initio non conſtit, ex poſt facto non conualeſcit, *l. cætera* 43. §. *Tractari ff. de legatis* 1. §. *Sed ſi rem, Inſtit. de legatis*. Et hæc eſt Regula Catoniana, quæ in legatis, & in inſtitutionibus puris locum habet: Sed ad conditionalia Catoniana non pertinet, *l. placet* 4. *ff. de reg. Caton. l. cætera* 43. §. *Tractarii ff. de leg.* 1. Quidam tamen exiſtimant Regulam noſtræ legis, quæ inſcripta eſt: *Paulus libro* 8. *ad Sabinum*: propriè ſpectare ad Tractatum de Tutelis, quia Paulus *d. lib.* 8. *ad Sabinum*, de Tutelis tractauit. Species igitur in tutela hæc ſit: Tutor ſtatim in ipſo negotio præſens debet author fieri: poſt tempus verò interpoſita eius auctoritas nihil agit, *l. obligari* 9. §. *Tutor autem, ff. de auct. Tut.* §. *Tutor autem, Inſtit. eod.* Quia quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere, vt in noſtra Regula.

Lex

Lex XXX. Vlpianus lib. xxxvj. ad Sabinum.

Nuptias (a) *non concubitus, ſed conſenſus facit.*

a NVptias &c. Cum fuerit ſub hac conditione legatum, *Si in familia nupſiſſet*: videtur impleta conditio ſtatim atq; ducta eſt vxor, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, *l. Cum fuerit* 15. *ff. de condit. & demonſtr.* Qui quidem conſenſus, non in futurum, ſed in præſens tempus debet conferri: Nàm in futurum tempus collatus conſenſus, non facit nuptias, ſed ſponſalia, *leg.* 1. *ff. de ſponſalibus*, Et etiam debet talis conſenſus eſſe legitimus: quia non omnis conſenſus viri, & mulieris nuptias facit, ſed ille dumtaxat, cui legum pręcepta non repugnāt. Huius autem Regulæ Vis vſuſque, & effectus eò pertinet, vt appa-

reat, quando iàm nuptiæ contractæ cenſeantur, & conſequenter quando quis Nuptiarum commodis potiri poſſit, & è contra, ijs quæ coniugibus prohibita ſunt, abſtinendum ſibi ſit. Vide Iacob. Gothod. ad noſtram legem, verſ. *Nunc de huius regulæ &c.* Et not. quod Regulæ noſtræ legis non obſtat *l. Mulierum* 5. *ff. de ritu nuptiar.* Vbi ad nuptias contrahendas, pręter conſenſum, exigi videtur Deductio in domum mariti. Nàm Reſpond. quod Nuptiæ conſenſu contrahuntur, vt dicitur in noſtra lege, & in dicta *leg. cum fuerit* 15. *ff. de condit. & demonſtr.* Conſenſus autem oſtenditur, vel expreſſa conuentione, & verbis, vel Re, ideſt, Deductione in domum mariti. Si verbis exprimatur, nihil opus eſt deductione: Verbis omiſſis, probatur Deductione, quoniam habitans in domo viri quaſi vxor, meritò habetur pro vxore, *leg In liberæ* 24. *ff. de ritu nuptiarum, leg. Si vicinus* 9. *Cod. de nuptijs.*

ptijs. Pacius Leg. Concil. Centur. V. qu.47.

Lex XXXI. Vlpianus libro xlij. ad Sabinum.

Verum (a) *eſt, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere. Quod enim* (b) *impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem, aut factum efficere poſſit.*

a VErum *eſt &c.* Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. Ideòque Pacta, vel ſtipulationes non poſſunt factum tollere, ideſt, quod factum eſt, infectum reddere.

b *Quod enim impoſſibile eſt &c.* Quod impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, & ſi comprehenſum fuerit, nulla naſcitur obligatio, *l. Impoſſibilium* 185. *ff. h. t.* Et hac quidem ratione, Si quis ſtipulanti ſpondeat, furem non eſſe: inutilis

ſtipulatio quibuſdam videtur : quia ſi quis eſt in hac cauſa : impoſſibile eſt quod promittitur, Si non eſt : fruſtrà eſt. Sed Vlpianus putat verius hanc ſtipulationem vtilem eſſe : quoniam continet, quod intereſt furem non eſſe, *l. Si ita quis* 31. *ff. de euictionibus*.

Lex XXXII. Vlpianus libro xliij. ad Sabinum.

Quod attinet ad Ius ciuile, ſerui pro (a) *nullis habentur, non tamen* (b) *& Iure naturali: quia quod ad Ius naturale attinet, omnes* (c) *homines æquales ſunt*.

a PRo *nullis habentur.* Pro mortuis habentur. Seruitus enim morti adſimilatur, *l. Intercidit* 58. *ff. de condit. & demonſtr. l. Cum hic ſtatus* 33. §. *Si donator ff. de donat. inter vir. & vxor.*

b *Non tamen & Iure naturali.* Ideòque ſerui ex contractibus ciuili-

uiliter quidem non obligantur, ſed naturaliter obligantur, *l. Serui* 13. *ff. de oblig. & act.*

c *Omnes homines æquales ſunt*. Nàm Iure naturali omnes homines liberi naſcuntur, *l. Manumiſſiones* 4. *ff. de Iuſt. & Iur.*

Lex XXXIII. Pomponius libro xxij. ad Sabinum.

In eo (d) *quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucri facturus eſt, durior eſt cauſa petitoris.*

a IN *eo quod &c.* Hæc regula eadem eſt cum illa, quam habemus in *l. Nemo prædo* 126. §. *vlt. ff. h. t.* Cùm de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis. Sed *lex quoties* 98. *ff. eod.* Cùm de lucro duorum quæritur, eum præferendum ait, cuius cauſa in lucro tempore præceſſit. Ad vtramque exemplum poni poteſt de duobus, quibus donata eſt res aliena. Si à diuerſis non dominis,

poſſeſſor melior eſt. Si ab eodem prior potior eſt. Cuiac. *ad dictam l. quoties 98. ff. hoc tit.*

Lex XXXIV. Vlpianus libro xlv. ad Sabinum.

Semper (a) *in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur quod actum eſt: aut ſi non appareat quid actum eſt, erit conſequens vt id ſequamur, quod in regione in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergò, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.*

a SEmper &c. In contractibus id ſemper ſequimur quod actum eſt: aut ſi id non appareat, ſequimur Regionis morem: Quod ſi mos Regionis varius fuit, quod minimum eſt ſequi mur. *leg. 1. in princ. ff de Vſuris, iunca lege noſtra. Vide Not. ſuprà ad l. 9. h. t. in fine.*

Lex XXXV. Vlpianus libro xlviij. ad Sabinum.

Nihil tam (a) *naturale eſt, quàm eo genere quidquid diſſoluere, quo colligatum eſt : ideò* (b) *verborum obligatio verbis tollitur : nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.*

a NIhil tam naturale &c. Diſſoluitur quodque eo genere, quo colligatum eſt, tex. hic, *l. omnia* 100. *ff. eodem* . *l. prout* 80. *ff. de ſolut. & liberat.* Eadem enim in vnaquaque re ſunt deſtructionis initia, quæ ſunt & conſtrionis. *Ariſt. in Topicis*.

b *Ideò verborum obligatio &c.* Verborum obligatio verbis tollitur. Ideſt, acceptilatione, *l. An inutilis* 8. §. *acceptum ff. de acceptil.* §. *Item per acceptilationem*, *Inſtit. quib. mod. oblig. tol.* Nudi conſenſus obligatio, contrario conſenſu diſſoluitur. §. *vltim. Inſtit. quib. mod. oblig. tol. l. prout* 80. *ff. de ſolut. & liberat. l. ab emptione*

58. *ff. de pactis*. *l.3. ff. de reſcind. vend. l.1 C. quando liceat ab empt. diſced.* Sed non hoc ſolùm modo, ideſt, contrario actu, ſoluitur ipſo Iure obligatio, ſed & re, ideſt, ſolutione, & nouatione, *princ. Tit. & §. præterea, Inſtit. quib. mod. oblig. tol.* Id etiam, quod ex alia cauſa, quàm ex verborum obligatione debetur, veluti ex obligatione contracta re, litteris, aut conſenſu: poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui, *dicto §. Item per acceptilationem, Inſtit. quib. mod. obligat. tol.*

Lex XXXVI. Pomponius lib. xxvij. ad Sabinum.

Culpa (a) *eſt immiſcere* (b) *ſe rei ad ſe non pertinenti*:

a CVlpa eſt &c. Hac de cauſa is qui ſe litì obtulit, cùm rem non poſſideret, condemnatur: niſi euidentiſſimis probatio-

tionibus poſſit oſtendere, actorem ab initio litis ſciſſe eum non poſſidere; quippe iſto modo non eſt deceptus. Et condemnatur etiam ſi poſt litem conteſtatam neget ſe poſſidere, *l. Qui ſe liti* 48. *ff. de pet. hered. l. Is qui ſe obtulit* 26. *ff. de rei vindic.* Item ſi heres poſt venditam hereditatem, pecuniam hereditariam exegerit eamque perdiderit, eo nomine emptori tenebitur, quia ſcire debuit non ſibi amplius, ſed emptori debitam hereditati pecuniam exoluendam eſſe, & conſequenter exigendo, in culpa eſt: Culpa enim eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

b *Immiſcere ſe*. Temerè, perperam & inconſultò ingerere ſe.

Lex XXXVII. Vlpianus libro xxxxxj. ad Sabinum.

Nemo (a) qui condemnare poteſt, abſoluere non poteſt.

a NEmo &c. Qui condemnare poteſt, is abſoluendi quoque poteſtatem habet, *l. 3. ff. de re Iud.* Hoc referendum videtur ad formulam Iudicum datorum: Condemna eum Iudex. Qui igitur Reum condemnare poteſt, is abſoluendi quoque eundem, ſi innocens appareat, poteſtatem habet. Contrà verò, Qui poteſt abſoluere, non ſemper poteſt condemnare, vt in ſpecie *l. 3. §. adeò autem C. vbi ſenat. vel clariſs.*

Lex

Lex XXXVIII. Pomponius lib. xxix. ad Sabinum.

Sicuti (a) *pœna ex delicto defuncti heres teneri non debet: ità nec* (b) *lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.*

a *Sicuti pœna &c.* Eſt certiſſima Iuris regula: Ex maleficijs pœnales actiones in heredem Rei non cõpetere: veluti furti, vi bonorum raptorum, Iniuriarum, damni iniuriæ. §. *Non omnes autẽ actiones, Inſtit. de perpet. & temp. act.* Huius Regulæ explicationem videte in meis Comment. Inſtit. ad dictum §. *Non omnes autem actiones.*

b *Ità nec lucrum facere &c.* Vlpianus *in l. quod diximus 16. §. vlt. ff. de eo quod met. cauſa*. Quod turpiter, vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium heredis non debet pertinere. Et ex *l. Videamus 17. ff. eod.*, vt heres teneatur quatenus ad eum peruenit, ſufficit ſemel ad eum perueniſſe.

Lex

Lex XXXIX. Pomponius lib. xxxij. ad Sabinum.

In omnibus (a) *cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium mora* (b) *ſit, quo minùs fiat.*

a IN *omnibus cauſis &c.* Si ergo Titius heres inſtitutus ſit, ſi ſtatuas in Municipio poſuerit. Si paratus eſt ponere, ſed locus à municipibus ei non datur: heres erit, *l. Si Titius* 14. *ff. de condit. & demonſtr.* Item ſi ità heres inſtitutus ſim, ſi decem dedero: & accipere nolit, cui dare iuſſus ſum: pro impleta conditione habetur, *l.* 3. *ff. de condit. inſtit.* Et multò magis, ſi per eum, cuius intereſt conditionem non impleri, fiat quò minùs impleatur, perinde habetur, ac ſi impleta conditio fuiſſet, *l. In Iure ciuili* 24 *ff. de cond. & demonſtr. l. In Iure ciuili* 161. *ff. hoc tit.* Si verò per aliū omninò extraneum fiat quo minùs conditio impleatur, non habetur pro impleta, ſiuè im-

impleri adhuc poſſit, ſiuè non, Vide *l. Inde Neratius* 23. §. *Idem Iulianus ff. ad leg. Aquil.*

b *Moræ ſit*. Haloand. Mora eſt.

Lex XL. Pomponius libro xxxiv. ad Sabinum.

Furioſi (a), *vel eius* (b) *cui bonis interdictum* (c) *ſit, nulla voluntas eſt.*

a F*urioſi*. De furioſo, Vide Not. ſupta ad *l. In negotijs* 5. *ff. hoc tit.*

b *Vel eius cui bonis interdictum ſit*. Ideſt, Prodigi. Et prodigus eſt, qui neq; tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando, & diſſipando profundit, *l.* 1. *ff. de curat. fur.* Poteſt tamen is, cui bonis interdictum eſt, heres inſtitutus hereditatem adire, *l. Mutum* 5. *ff. de acquir. hered.* Et ſtipulando ſibi acquirere: Tradere verò, vel promittendo obli-

obligari non poteſt. Et ideò nec fideiuſſor pro eo interuenire poterit, ſicuti nec pro furioſo, *leg. Is, cui 6. ff. de verb. oblig.*

c *Interdictum ſit*. A Prætore, vel Præſide. *l. 1. ff. de curat. fur.*

Lex XLI. Vlpianus lib. xxvj. ad Edictum.

Non (a) *debet actori licere, quod reo non permittitur*. §. *In re* (b) *obſcura melius eſt fauere* (c) *repetitioni, quàm aduentitio lucro*.

a NOn *debet &c.* Non debet actori licere, quod reo non permittitur. tex. hic. *Regul. non debet 32. de reg. Iur. in 6.* Nàm fauorabiliores rei potiùs, quàm actores, habentur, *l. fauorabiliores 125. ff. hoc tit.* e. g. Reo denegatur poteſtas producendi teſtes poſt didicita teſtificata, ergo & actori. *A. de Teſtibus cap. 5. verſ. Illud tamen*. Item poſt litem conteſtatam reus procuratorem mu-

tare

tare non poteſt, niſi cauſa cognita: Idem ergo in perſona actoris obſeruabitur, *l. Poſt litem* 17. & *l. quæ omnia* 25. *ff. de procurat.* Caſum in quo actori licet quod reo non permittitur, atque ità vitiatur regula noſtræ legis, videte in *A. Vt omnes obed. iud. collat.* 5. & *in A. Quæ in prouincia C. Vbi de crim. agi oport.*

b *In re obſcura &c.* Vt ſi quis repetat pecuniam, quaſi indebitè ſolutam, & ſit dubium, an eam donandi animo ſoluerit, an per errorem, præſumitur potiùs per errorem ſoluiſſe, quàm donaſſe, *l. Si non ſortem* 26. §. *Si quis falsò ff. de condic. indeb.*

c *Repetitioni*. Ideſt, condictioni indebiti.

Lex

Lex XLII. Gaius libro jx. ad Edictum prouinciale.

Qui in (a) *alterius locum ſuccedunt, iuſtam habent cauſam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Fideiuſſores* (b) *quoque non minùs quàm heredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. Hæc ità de herede dicta ſunt, ſi cum eo agetur: non etiam* (c) *ſi agat. Nàm planè qui agit, certus eſſe debet, cùm ſit in poteſtate eius, quando velit, experiri: & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.*

a QVi *in alterius locum &c.* Heredes iuſtam habent cauſam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Quamobrem ſi heres ſoluerit, datur ei poſteà condictio indebiti. Eadem ratione heres eius, qui, quæve amouiſſe dicetur, iurare non cogetur, *l. Marcellus* 11. *circa finem ff. rerum amot.*

b *Fi-*

b *Fideiuſſores quoque &c.* Fideiuſſores quoq;non minùs quàm heredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. Ideòque ſi fideiuſſor conuentus, cùm ignoraret, non fuiſſe debitori numeratam pecuniam, ſoluerit ex cauſa fideiuſſionis: mandati iudicio perſequi poterit id quod ſoluerit. Idem eſt ſi fideiuſſor ſoluerit ignarus debitorem liberatum, vel tutum exceptione, *l. Si fideiuſſor* 29. *ff. mandati*.

c *Non etiam ſi agat*. Si heres agat, non habet iuſtam cauſam ignorantiæ, cùm ſit in poteſtate eius &c. vt ſequitur hic in textu. Ideòque ſi heres plùs petierit, incidet in pœnam aduerſus eos, qui plus petunt, conſtitutam, quam vide in fine §. *Si quis agens*, *Inſtit. de Actionibus*.

Lex

Lex XLIII. Vlpianus libro xxviij. ad Edictum.

Nemo ex (a) *his qui negant ſe debere prohibetur etiam alia defenſione vti, niſi lex* (b) *impediat.*

§. *Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna* (c) *quis experiri debet.*

a NEmo ex his &c. Qui negat ſe debere, non prohibetur etiam alia defenſione vti, *l.* 5. *&* 8. *ff. de except.*

b *Niſi lex impediat.* Hoc interpretationem recipit ex *Nouella* 18. *cap.* 9. *&* 10. & forſitan à Triboniano adiectum eſt propter eam Nouellam. Ea Nouella cauetur ne qui conuentus rei vindicatione negauit rem eſſe actoris, poſteà conuictus alleget pignoris cauſam, vel quam aliam defenſionem: transferendam enim poſſeſſionem eſſe in actorem, deinde agendum hypothecaria: Et ne qui negauit ſe debere, poſteà conuictus ſolu-

tio-

tionem alleget. *Ex Cuiac. ad noſtram legem.*

e *Vna quis experiri debet*. Si ex vna obligatione plures actiones naſcantur, vna tantummodò, non omnibus vtendum eſt, *l. plura* 52. *ff. de oblig. & act.*

Lex XLIV. Vlpianus libro xxix. ad Edictum.

Toties in (a) *heredem damus actionem de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo* (b) *defuncti conuenitur, non quoties* (c) *ex ſuo.*

a TOties in heredem &c. Ex dolo defoncti in heredem actio datur de eo, quod ad eum peruenit, *l. quod in herede* 9. *in fine ff. de Tribut. act.* Vide *Not. ſuprà ad l.*38. *hoc tit.*

b *Ex doio defuncti*. In contractibus heres ex dolo defuncti, non tantùm in id quod peruenerit, verùm etiam in ſolidum tenetur, *leg. ad ea* §. *In contractibus ff. hoc tit.*

l. ex

l. ex depoſiti 11. *ff. de oblig. & act.*

c *Non quoties ex ſuo*. Nàm ex ſuo dolo ſemper heres tenetur in ſolidum.

Lex XLV. Vlpianus libro xxx. ad Edictum.

Neque (a) *pignus*, *neque* (b) *depoſitum*, *neque precarium*, *neque* (c) *emptio*, *neque* (d) *locatio rei ſuæ conſiſtere* (e) *poteſt*.

§. 1. *Priuatorum* (f) *conuentio Iuri publico non derogat*.

a NEque pignus &c. Non intelligitur quis ſuæ rei pignus contrahere, *l. non ſolùm* 33. §. *Si rem tuam ff. de Vſucap.*

b *Neque depoſitum &c.* Qui rem ſuam deponi apud ſe patitur, actione depoſiti non tenetur: ſicuti qui rem ſuam conducit, aut precario rogat: nec precario tenetur, nec ex locato, *l. qui rem ſuam* 15. *depoſiti*, *vel contra*.

c *Neque emptio*. Suæ rei emptio

ptio non poteſt conſiſtere, *l. Suæ rei* 16. *ff. de contrahen. empt. l.*4. *C. eod* Si tamen rem meam tu poſſideas, & ego emam à te poſſeſſionem eius rei, vel ſtipuler, vtilis erit emptio, & ſtipulatio. Et ſimiliter vtile erit precarium, & conductio eiuſdem rei, ſi ſpecialiter poſſeſſionis ſolius conducendæ, vel precario rogandæ animus interueniat, *l. Si aliquam rem* 28. *ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ.*

d *Neque locatio*. Veteres in locatione, & conductione appellationibus promiſcuè vtebantur, *l. Veteres* 20. *& l. Idem eſt* 21. *ff de act. emp. & vend.* Atque ità hic, locatio, pro conductione dicitur.

e *Conſiſtere poteſt.* Neque conſiſtere poteſt rei ſuæ commodatum, dicta *l. Qui rem ſuæm* 15. *ff depoſiti, vel contrà*. Neque ſtipulatio, *l. nemo* 82. *ff. de verb. oblig.* Neque legatum §. *Sed ſi rem, Inſtit. de legatis*. Neque vſusfructus, *leg. Vti frui* 5. *ff. Si vſufruct. pet.* Neque alia ſeruitus: nulli enim res ſua ſer-

ſeruit, *leg. In re communi* 25. *ff. de ſeruit vrb. præd.*

f *Priuatorum conuentio &c.* Explicationem huius Regulæ habes ſupra ad *legem* 27. *hoc tit.*

Lex XLVI. Gaius libro x. ad Edictum prouinciale.

Quod à (a) *quoquam pænæ nomine exactum* (b) *eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.*

a Quod à quoquam &c. Si debitor pignus ſurripuit, & furti egerit creditor: quod ipſe debitor furti actione præſtitit creditori debito non eſt imputandum, *l. ſi pignore* 22. *ff. de pignor. act. l. ſi debitor* 41. *ff. de furtis*: Quod enim à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur, vt in hac noſtra Regula, quæ etiam confirmatur ex *leg. pœnæ* 42. *ff. de condict. indeb.* Vbi dicitur, quod pœnæ non ſolent repeti, cùm de-

depenſæ ſunt. Quod tamen à creditore exactum eſt ab alio nomine pœnæ, debitori reſtituitur vel imputatur: In alijs, puta, in conductore, in commodatario, ſecus eſt, *l. Is, qui rem 6. ff. locati, l. vlt. §. Sed cum in ſecundam C. de Furtis.* Rationem differentię aſſignat Cuiacius ad noſtram legem.

b *Exactum eſt.* Vera & iuſta ex cauſa, *l. eleganter 43. in fine ff. de condict. indebit.*

Lex XLVII. Vlpianus libro xxx. ad Edictum.

Conſilij (a) non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cæterùm, ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo (b) actio competit.

§. Socij (c) mei ſocius, meus ſocius non eſt.

a EX conſilio non fraudulento nemo obligatur, etiam ſi nõ expediat ei cui dabitur: cum liberum cuique ſit apud ſe explo-

rare, an ſibi expediat conſilium, *l.2. §. vlt. ff. mandati, vel contra. §. Tua gratia il 2. Inſtit. de mandato.* Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel vt pecuniam crederes, quamuis non expediat tibi eam rem, emiſſe, vel pecuniam credidiſſe, non tamen tibi mandati tenetur, dicto §. *Tua gratia il 2. Inſtit. de mandato.* Non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur, *l. ob hæc verba 20. ff. de ijs, qui not. infam.* Not. tamen, quod hæc Regula in maleficijs non procedit.

b *De dolo actio competit. l. Idemque* 10. §. *Si quis ea ff. mandati, vel contra.*

c *Socij mei &c. l. Nàm ſocij* 20. *ff. pro ſocio.* Et pariter liberti mei libertus, meus libertus non eſt, *l. Modeſtinus* 105. *ff. de verb. ſignific.*

Lex

Lex XLVIII. Paulus libro xxxv. ad Edictum.

Quidquid (a) *in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe: ideòque* (b) *breui reuerſa vxor nec diuertiſſe videtur.*

a QVidquid &c. *l.3. ff. de diuortijs.*

b *Ideòque breui reuerſa vxor &c. In dicta l 3. ff. de diuortijs*, legitur: Ideòque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa eſt vxor, nec diuertiſſe videtur. Sic inconſulto calore accuſanti, vel iuranti, venia datur, *l.1.* §. *quæri ff. ad Senat. Conſ. Turpil. l. 2. C. de reb. cred.* Sed in delictis non excuſatur delinquens ex calore iracundiæ: Pœna tamen mitigari debet in delicto commiſſo cum iracundia tali, quæ ipſum delinquentem à mente alienauerit, qua de re. Vide *Dec. hic ſub num.7. & 8.*

Lex XLIX. Vlpianus libro xxxv. ad Edictum.

Alterius (a) *circumuentio alij non præbet actiomem.*

a A*Lterius circumuentio &c.* E.g. Tutor dolo circumuenit eum cum quo cõtrahebat in rem pupilli, hæc Tutoris circũuentio nullam pupillo actionem præbet, aut inutilem prębet, *l. apud Celſum* 4. §. *Illa etiam quæſtio ff. de dol. mal. & met. excep. l. Sed & ex dolo* 16. *ff. de dolo malo.* Idem in Curatore, & Procuratore, & Socio, *d. l.* 4. §. *Quæſitum eſt*, & §. *Quæ in tutore ff. de dol. mal. & met. excep. leg. Quod autem* 54. *ff. pro ſocio.* Similiter ex maleficio ſerui non acquiritur actio domino, *l. quod ſeruus* 24. *ff. de acquir. vel amit. poſſ. in fine.* Et ratio Regulæ videtur eſſe: Quia ille, cui actio acquiri debet, non videtur conſentire in illicitis arg. *l. Si procurator* 6. *verſ. quod ſi indebitum ff. de condict. indebit. l.* 2.

ff. quod

ff. quod quiſque iuris, *l. ſi pater* 12. *ff. quæ in fraud. cred. Decius hic*.

Lex L. Paulus libro xxxix. ad Edictum.

Culpa (a) *caret qui ſcit*, *ſed prohibere non poteſt*.

a CVlpa caret &c. Si domino ſciente ſeruus noxiam commiſerit, dominus in ſolidum tenetur, excuſatur tamen ſi ſcierit, & prohibere non potuerit. Hoc igitur caſu noxali tantùm actione tenetur *l. 2. in princ. iuncta l. 3. & 4. ff. de noxal. act.* An autem ſit generale quod quis teneatur delicto obuiare, & alium defendere, ſi poteſt, à DD. controuertitur. Videre potes Got. hic, & Dec. *ſub num. 4. & ſeq.*

Lex LI. Gaius libro xv. ad Edictum Prouinciale.

Non videour (a) *quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.*

a NOn *videtur quiſquam &c.* Qui legatum cepit à querela repellitur, *l. Si pars* 10. §. *vlt. ff. de Inoffic. teſt.* An igitur legatum cepiſſe videatur, & conſequenter à querela remoueatur filius, qui accepit legatum, quod alij reſtituturus eſt? Minimè. Aliud enim eſt capere, aliud accipere. Capere, cum effectu accipitur, Accipere, & ſi quis non accepit, vt habeat. Ideòque non videtur quis capere, quod erit reſtiturus, *l. aliud eſt capere* 71. *ff. de vvrb. ſignif.* Similiter Patronus, qui legatum cepit, repellitur à bonorum poſſeſſione contra Tabulas mortui liberti, *l. Et ſi* 6. *in fine ff. de bon. libert.* Fingamus ergo Libertum patrono legatum reliquiſſe, ſed eundem idem legatum alij reſtituere iuſſiſſe: An igitur legatū

cepiſſe videatur, & conſequenter à bonorum poſſeſſione contra Tabulas remoueatur patronus, qui dictum legatum accepit? Et reſp. quod non non remouetur. Non enim videtur patronus id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere, vt in hac noſtra Regula.

Lex LII. Vlpiauus libro xliv. ad Edictum.

Non (a) *defendere videtur, non tantùm qui* (h) *latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.*

a NOn *defendere &c.* Nonnulli legendum exiſtimant: Non defendere videtur, non tantùm qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem, ſed & is qui latitat. Sed ſententiam eorum non eſſe admittendam oſtendit Iacob. Goth. *hac eodem loco.* Pertinet hæc lex ad actionem Fabianam. De eo enim quod

in fraudem patroni à liberro factum eſt, & de actione Fabiana tractauit Vlpianus libro 44. ad Edictum, *l. 1. ff. Si quid in fraudem patroni.* Actio Fabiana patronis conceditur, ad ea reuocanda, quę in ipſorum fraudem liberti alienarunt. Et Fabianæ actioni locus eſt etiam ſi quis Iudicio conuentus data opera rem non defenderit, *l. 1. §. quod ſi in lite ff. Si quid in fraudem patroni.* Sed quis non defendere videtur? Non defendere videtur non tantùm qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem, vt in noſtra Regula.

b *Qui latitat*, Qua ex cauſa poſſeſſio ſequitur, & venditio bonorum eius.

Lex

Lex LIII. Paulus libro 42. ad Edictum.

Cuius* (a) *per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt.

a *CVius per errorem &c.* Inſcriptio huius legis hæc eſt: Paulus libro 42. ad Edictum. De Fabſana actione tractauit Paulus ad Edictum libro 42. vt conſtat ex *l.* 5. *ff. Si quid in fraudem patroni*. Et conſequenter hæc etiam noſtra Regula pertinet ad actionem Fabianam. Si igitur libertus ſciens indebitum ſoluit in fraudem patroni, ſolutum reuocatur actione Fabiana, quia donaſſe videtur, & donare in fraudem patroni non poteſt libertus, *l.* 5. *&* 6. *ff. Si quid in fraudem patroni*. Si verò libertus ignorans indebitum ſoluit, ceſſat Fabiana, quia dolo libertus caret, & condictio indebiti competit Liberto heredive eius. Cuiacius hic.

tur. Item ſi quis eum, quem ab hoſtibus redemit, pretio nondum ſibi oblato, retineat: in ea cauſa eſt, vt Interdicto non teneatur, non enim dolo malo facit, *d. l.3. §. Si quis eum*. Item ſi quis altiùs tollendo obſcurauerit ædes vicini, non tenebitur ei, *l. binas ædes 9. ff. de ſeru. vrban. præd. l. Proculus ait 26. ff. de damno infecto*. Quia non videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur, vt in noſtra Regula. Hoc tamen intelligitur, & procedit quando quis altiùs tollit vt ſibi proficiat: ſecus autem eſſet, ſi hoc faceret, vt alteri potiùs noceret: quia tunc non licet, arg. *l. 1. §. denique Marcel. ff. de aqua pluu. arc. Decius ad noſtram legem*.

Lex

Lex LVI. Gaius lib. 3. de legatis ad Edictum Vrbicum.

Semper (a) *in dubijs benigniora præferenda ſnnt.*

a SEmper in dubijs &c. Quidam heredum nomina obliterauit, & bona eius vt caduca à fiſco vindicantur: Quæritur an legata, quæ cancellata non ſunt, præſtanda ſint? Quæſtio eſt voluntatis defuncti. In dubio dicemus legatarios retinere voluntatem. Hoc enim eſt benignius, & in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius eſt, quàm tutius, *l.* 3. *ff de ijs quæ in teſt. del. l. Ea quæ in partes* 192. §. *In re dubia ff. h.t.* Poteſt etiam ſpecies fingi ex *l. Si ità fuerit* 11. §. *Planè ff. de reb. dub.* In quo §. tractatur de libertate ancillę data ſub hac conditione, Si primum marem pepererit, & quæritur, an ſi vno vtero marem & fœminam peperit, libera ſit, & etiam an filius liber ſit, an

rare, an ſibi expediat conſilium, *l.2. §. vlt. ff. mandati, vel contra. §. Tua gratia il 2. Inſtit. de mandato*. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel vt pecuniam crederes, quamuis non expediat tibi eam rem emiſſe, vel pecuniam crediciſſe, non tamen tibi mandati tenetur, dicto §. *Tua gratia il 2. Inſtit. de mandato*. Non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur, *l. ob hæc verba 20. ff. de ijs, qui not. infam.* Not. tamen, quod hæc Regula in maleficijs non procedit.

b *De dolo actio competit. l. Idemque* 10. §. *Si quis ea ff. mandati, vel contra.*

c *Socij mei &c. l. Nàm ſocij* 20. *ff. pro ſocio*. Et pariter liberti mei libertus, meus libertus non eſt, *l. Modeſtinus* 105. *ff. de verb. ſignific.*

Lex

Lex XLVIII. Paulus libro xxxv. ad Edictum.

Quidquid (a) *in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe: ideòque* (b) *breui reuerſa vxor nec diuertiſſe videtur.*

a QVidquid &c. *l.* 3. *ff. de diuortijs.*

b *Ideòque breui reuerſa vxor &c. In dicta l* 3. *ff. de diuortijs*, legitur: Ideòque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa eſt vxor, nec diuertiſſe videtur. Sic inconſulto calore accuſanti, vel iuranti, venia datur, *l.* 1. *§. quæri ff. ad Senat. Conſ. Turpil. l.* 2. *C. de reb. cred.* Sed in delictis non excuſatur delinquens ex calore iracundiæ: Pœna tamen mitigari debet in delicto commiſſo cum iracundia tali, quæ ipſum delinquentem à mente alienauerit, qua de re. Vide *Dec. hic ſub num.* 7. *&* 8.

Lex XLIX. Vlpianus libro xxxv. ad Edictum.

Alterius (a) *circumuentio alij non præbet actiomem.*

a *ALterius circumuentio &c.* E.g. Tutor dolo circumuenit eum cum quo cõtrahebat in rem pupilli,hæc Tutoris circũuentio nullam pupillo actionem præbet,aut inutilem prębet,*l.apud Celſum* 4. §. *Illa etiam quæſtio ff. de dol. mal. & met. excep. l. Sed & ex dolo* 16. *ff.de dolo malo.*Idem in Curatore,& Procuratore, & Socio, *d. l.*4. §. *Quæſitum eſt*, & §. *Quæ in tutore ff. de dol. mal. & met. excep. leg. Quod autem* 54. *ff. pro ſocio.* Similiter ex maleficio ſerui non acquiritur actio domino, *l. quod ſeruus* 24. *ff. de acquir. vel amit. poſſ. in fine.* Et ratio Regulæ videtur eſſe: Quia ille, cui actio acquiri debet, non videtur conſentire in illicitis arg. *l. Si procurator* 6. *verſ. quod ſi indebitum ff. de condict. indebit. l.* 2.

ff. quod

ff. quod quiſque iuris, l. ſi pater 12. *ff. quæ in fraud. cred. Decius hic.*

Lex L. Paulus libro xxxix. ad Edictum.

Culpa (a) caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

a CVlpa caret &c. Si domino ſciente ſeruus noxiam commiſerit, dominus in ſolidum tenetur, excuſatur tamen ſi ſcierit, & prohibere non potuerit. Hoc igitur caſu noxali tantùm actione tenetur *l. 2. in princ. iuncta l. 3. & 4. ff. de noxal. act.* An autem ſit generale quod quis teneatur delicto obuiare, & alium defendere, ſi poteſt, à DD. controuertitur. Videre potes Got. hic, & Dec. *ſub num. 4. & ſeq.*

Lex LI. Gaius libro xv. ad Edictum Prouinciale.

Non videour (a) *quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.*

a *N*ON *videtur quiſquam &c.* Qui legatum cepit à querela repellitur, *l. Si pars* 10. §. *vlt. ff. de Inoffic. teſt.* An igitur legatum cepiſſe videatur, & conſequenter à querela remoueatur filius, qui accepit legatum, quod alij reſtituturus eſt? Minimè. Aliud enim eſt capere, aliud accipere. Capere, cum effectu accipitur, Accipere, & ſi quis non accepit, vt habeat. Ideòque non videtur quis capere, quod erit reſtiturus, *l. aliud eſt capere* 71. *ff. de vvrb. ſignif.* Similiter Patronus, qui legatum cepit, repellitur à bonorum poſſeſſione contra Tabulas mortui liberti, *l. Et ſi* 6. *in fine ff. de bon. libert.* Fingamus ergo Libertum patrono legatum reliquiſſe, ſed eundem idem legatum alij reſtituere iuſſiſſe: An igitur legatũ

ce-

cepiſſe videatur, & conſequenter à bonorum poſſeſſione contra Tabulas remoueatur patronus, qui dictum legatum accepit? Et reſp. quod non non remouetur. Non enim videtur patronus id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere, vt in hac noſtra Regula.

Lex LII. Vlpiauus libro xliv. ad Edictum.

Non (a) *defendere videtur, non tantùm qui* (h) *latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.*

a NOn *defendere &c.* Nonnulli legendum exiſtimant: Non defendere videtur, non tantùm qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem, ſed & is qui lätitat. Sed ſententiam eorum non eſſe admittendam oſtendit Iacob. Goth. *hac eodem loco.* Pertinet hæc lex ad actionem Fabianam. De eo enim quod

in fraudem patroni à liberro factum eſt, & de actione Fabiana tractauit Vlpianus libro 44. ad Edictum, *l.* 1. *ff. Si quid in fraudem patroni*. Actio Fabiana patronis conceditur, ad ea reuocanda, quę in ipſorum fraudem liberti alienarunt. Et Fabianæ actioni locus eſt etiam ſi quis Iudicio conuentus data opera rem non defenderit, *l.* 1. §. *quod ſi in lite ff. Si quid in fraudem patroni*. Sed quis non defendere videtur? Non defendere videtur non tantùm qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem, vt in noſtra Regula.

b *Qui latitat*; Qua ex cauſa poſſeſſio ſequitur, & venditio bonorum eius.

Lex

Lex LIII. Paulus libro 42. ad Edictum.

Cuius (a) per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt.

a CVius per errorem &c. Inſcriptio huius legis hæc eſt: Paulus libro 42. ad Edictum. De Fabſana actione tractauit Paulus ad Edictum libro 42. vt conſtat ex *l.* 5. *ff. Si quid in fraudem patroni*. Et conſequenter hæc etiam noſtra Regula pertinet ad actionem Fabianam. Si igitur libertus ſciens indebitum ſoluit in fraudem patroni, ſolutum reuocatur actione Fabiana; quia donaſſe videtur, & donare in fraudem patroni non poteſt libertus, *l.* 5. *&* 6. *ff. Si quid in fraudem patroni*. Si verò libertus ignorans indebitum ſoluit, ceſſat Fabiana, quia dolo libertus caret, & condictio indebiti competit Liberto heredive eius. Cuiacius hic.

Lex LIV. Vlpianus lib. xlvi. ad Edictum.

Nemo (a) *plus iuris ad alium tranſferre poteſt, quàm ipſe haberet.*

a NEmo *plus iuris &c.* Nemo plus iuris ad alium trāſferre poteſt, puàm ipſe haberet. Ad alium, veluti, ad heredem, *leg. heredem* 59. *l. nemo plus commodi* 120. *ff. hoc tit.* Ad legatarſum, *leg. aliud eſt* 160. §. *vlt. ff. eod.* Ad emptorem, ad donatarium, ad omnem ſucceſſorem, *l. Traditio* 20. *ff. de acquir. rer. dom.* Quod tamen vitiatur quādoque, creditor enim vendendo pignus dominium trāſfert, quod non habet, *l. non eſt nouum* 46. *ff. de acquir. rerum dom.*

Lex LV. Gaius lib. 2. de teſtamentis ad Edictum Vrbicum.

Nullus videtur (a) dolo facere, qui ſuo Iure vtitur.

a NVllus videtur dolo facere, &c. E. g. Qui hereditatem ex teſtamento omittit, & ab inteſtato amplectitur, non videtur dolo facere, atque adeò non incidit in Edictum, ſi ſuo iure vtatur: vt puta ſi facultate vtatur ſibi à Teſtatore conceſſa. *l. Quia autem 6. §. Planè ſi nominatim, & §. non ſimpliciter ff. Si quis omiſſa cauſa Teſtamenti*. Et ad hanc ſpeciem propriè pertinere hanc Regulam inſcriptio argumento eſt. Cuiac. hic. Sed porrigitur etiam ad alias ſpecies, *l.3. §. Is tamen ff. de libero hom. exhib.* Vbi dicitur, quod is, qui in poteſtate habet, Interdicto de libero homine exhibendo non tenetur: quia dolo malo non videtur habere, qui Iure ſuo vti-

tur. Item ſi quis eum, quem ab hoſtibus redemit, pretio nondum ſibi oblato, retineat: in ea cauſa eſt, vt Interdicto non teneatur, non enim dolo malo facit, *d. l.3. §. Si quis eum*. Item ſi quis altiùs tollendo obſcurauerit ædes vicini, non tenebitur ei, *l. binas ædes 9. ff. de ſeru. vrban. præd. l. Proculus ait 26. ff. de damno infecto*. Quia non videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur, vt in noſtra Regula. Hoc tamen intelligitur, & procedit quando quis altiùs tollit vt ſibi proficiat: ſecus autem eſſet, ſi hoc faceret, vt alteri potiùs noceret: quia tunc non licet, arg. *l. 1. §. denique Marcel. ff. de aqua pluu. arc. Decius ad noſtram legem*.

Lex

Lex LVI. Gaius lib. 3. de legatis ad Edictum Vrbicum.

Semper (a) *in dubijs benigniora præferenda ſnnt.*

a SEmper *in dubijs &c.* Quidam heredum nomina obliterauit, & bona eius vt caduca à fiſco vindicantur: Quæritur an legata, quæ cancellata non ſunt, præſtanda ſint? Quæſtio eſt voluntatis defuncti. In dubio dicemus legatarios retinere voluntatem. Hoc enim eſt benignius, & in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius eſt, quàm tutius, *l.* 3. *ff de ijs quæ in teſt. del. l. Ea quæ in partes* 192. §. *In re dubia ff. h.t.* Poteſt etiam ſpecies fingi ex *l. Si ità fuerit* 11. §. *Planè ff. de reb. dub.* In quo §. tractatur de libertate ancillę data ſub hac conditione, Si primum marem peperit; & quæritur, an ſi vno vtero marem & fœminam peperit, libera ſit, & etiam an filius liber ſit,

an

an filia. Reſp. autem liberam eſſe ſi maſculũ priorem pepererit, non etiam ſi filiam. Ipſum verò maſculum priorem editum ſeruum fore, tanquam editum ex ancilla. Sed filiam poſteà editam ingenuã eſſe. Sin autem non poteſt probari, an prius maſculum, vel fœminam edidiſſet: In ambiguis rebus humaniorem ſequi ſententiam, oportere, vt tam ipſa libertatem conſequatur, quàm filia eius ingenuitatem, quaſi per præſumptionem priore maſculo edito.

Lex LVII. Gaius lib. 18. ad Edictum prouinciale.

Bona (a) *fides non patitur, vt* (b) *bis idem exigatur.*

a BOna *fides &c.* E.g. Si eadem res ſæpiùs legetur in eodem teſtamento: amplius quàm ſemel peti non poteſt: ſufficitque vel rem conſequi, vel rei æſtimationem, *l. Planè* 34. *§. Si eadem res ff. de legatis* 1.

b *Vt*

b *Vt bis idem exigatur.* Ab eodem non eſt bis idem exigendum, neque quidquam exigendum eſt ab eo, qui à ſoluente cauſam habet, vel aduerſus eundem regreſſum haberet.

Lex LVIII. Vlpianus lib. 2. Diſputationum.

Ex (a) *pœnalibus cauſis non ſolet in* (b) *patrem de peculio actio dari.*

a EX *pœnalibus cauſis &c.* E.g. ex cauſa furtiua in patrem de peculio actio danda non eſt, niſi in quantum locupletior factus eſt ex furto facto, *l.3. §. ex furtiua ff. de peculio.* Iudicati tamen pater de peculio actione tenetur, etiam eius actionis nomine, ex qua non potuit pater de peculio actionem pati, *d.l.3. §. Idem ſcribit.* Imò & poſt litis conteſtationem ex cauſa pęnali mortuo filio, transfertur Iudicium in patrem de peculio, *l. Tam ex contractibus*

57. *ff.*

57. *ff. de Iudicijs*. Litis namque conteſtatione contrahitur, & quaſi nouatio fit, ac obligatio, quæ erat ex delicto, vel quaſi, incipit eſſe ex contractu, *d. l. 3. § Idem ſcribit ff. de peculio*.

b *Non ſolet in patrem &c.* Et meritò! quia concedendo peculium filio, pater præſumitur quidem velle obligari: non tamen ex actu illicito, arg. *l. Si procurator 6. §. Celſus ait ff. de condic. indeb.*

Lex LIX. Vlpianus lib. 3. Diſputationum.

Heredem (a) *einſdem* (b) *poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat*.

a HEredem *&c.* Caſus. Tu vi, aut clam, aut precario per Titij fundum via vtebaris, Titius me heredem fecit: Videris etiam à me vi, aut clam, ant precario vti via: & ideò ſi à me vti prohiberis, Interdictum tibi inutile

tile eſt. Quod enim defuncto non nocuit, non debet mihi nocere. *l. 3. §. Si quis ab authore ff. de Itin. actuque priu.* Seù, vt dicitur in noſtra Regula: Heres eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe debet, cuius fuit defunctus. Succedit enim heres in vniuerſum Ius, quod defunctus habuit, *l. hæreditas 62. ff. h. t.* In vniuerſum inquam Ius, tàm actiuè, quàm paſſiuè, *l. quod ipſis 143. l. Inuitus 156. §. Cùm quis ff. h. t.* Adeò vt noſtris videtur legibus vnam quodammodo eſſe perſonam heredis, & eius, qui in eum tranſmittit hereditatem. *A. de Iureiur. à morien. præſt. in princ.* Vnde Actiones, quas defunctus habuit, heres etiam habet regulariter. Et è contrà Actiones, quæ in defunctum competebant, etiam in heredem regulariter competũt. Vide in meis Comment. Inſtit. ad *§. Non omnes autem actiones, de perpet. & temp. act.*

b *Eiuſdem poteſtatis iuriſq; eſſe.* Fallit in his, quæ ſunt facti, *l. Qui hered.*

heredi 44. *ff. de condit. & demonſt.* Item in Iuribus, quæ conceduntur contemplatione perſonæ, *l. Cuius bonis* 9. *ff. de curatoribus furioſo &c. l. Et ſi fideiuſſor* 24. *& l. Sciendum* 25. *ff. de re iud. l. In omnibus cauſis* 68. *l. Priuilegia* 196. *ff. h. t.*

Lex LX. Vlpianus lib. 10. Diſputationum.

Semper (a) *qui probibet pro ſe* (b) *interuenire, mandare creditur. Sed & ſi quis* (c) *ratum babuerit quod geſtum eſt, obſtringitur* (d) *mandati actione.*

a SEmper *qui non probibet &c.* Mandare creditur qui non prohibet pro ſe interuenire. Facit *l. Si remunerandi* 6. §. *Si paſſus ff. Mandati*, Vbi dicitur, quod Si paſſus ſim aliquem pro me fideiubere, vel aliàs interuenire: mandati te neor.

b, *Interuenire.* Interueniendi voce quid hac lege intelligendum ſit.

ſit. Vide ſuprà *ad l.* 2. *In Verbo, Nec pro alio Interuenire.*

c *Sed & ſi quis ratũ habuerit &c.* Ratihabitatio mandato comparatur. e. g. Si quis cùm procurator non eſſet litem conteſtatus ſit, deinde ratum dominus habuerit: videtur retro res in iudicium rectè deducta, *l. Licet* 56. *ff. de Iudicijs.*

d *Obſtringitur mandati actione.* Obſtringitur etiam actione negotiorum geſtorum, *l. Si pupilli* 6. *§. Item quæritur, & §. Idem ait ff. de neg. geſt. l.* 3. *C. de contrahen. & committen. ſtip.* Ità vt iſtæ actiones de eadem re concurrant, *l. de eadem re* 5. *ff. de excep. rei iud.*

Lex LXI. Vlpianus lib. 3. Opinionum.

Domum (a) ſuam reficere vnicuique licet, dùm non officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

a D*Omum ſuam &c.* Domum ſuam reficere vnicuique licet,

licet, dùm alteri inuito non noceat non præiudicet, non inferat damnum in eo, in quo ius non habet. Seù, quod eſt idem, dummodo Ius ſuum non egrediatur. E. g. Qui domum ſuam refecit, non debet vicini ædificio nouam ſeruitutem imponere: Vel ſi ſeruitutem vicino debeat, debet reficere ſalua ſeruitute.

Lex LXII. Iulianus lib. ſexto Digeſtorum.

Hereditas (a) *nihil aliud eſt quàm* (b) *ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus* (c) *habuerit.*

a HEreditas nihil aliud eſt &c. *l. Nibil eſt alìud 24. ff. de Verb. ſig.*

b *Quàm ſucceſſio in vniuerſum ius &c.* Heres enim in omne Ius defuncti ſuccedit, *l. Cùm heres 11. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip. l. heres 37. ff. da acquir. vel omitt. hered.* Et hereditas vniuerſitatem quan-

dam,

dam, ac Ius ſucceſſionis ſignificat, *l.bonorum appellatio* 208. *ff.de Verb. ſig.* Hereditas ergo eſt res incorporalis, quæ in Iure conſiſtit, *l.*1. §. *Incorporales ff. de rerum diuiſ.* Et conſequenter, etiam ſine vllo corpore, Iuris intellectum habet, *l. hereditas* 53. *ff. de pet. hered.*

c *Quod defunctus habuerit.* Quod ſcilicèt defunctus habuit tempore mortis. Et dicitur, quod defunctus habuerit: Quoniam viuentis non eſt hereditas, *l.* 1. *ff. de hered. vel act. vend. l.* 1. *ff. pro herede.*

Lex LXIII. Iulianus lib. 17. Digeſtorum.

Qui ſine (a) *dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.*

a QVi *ſine dolo malo &c.* Non videtur moram facere qui non ſoluit, ſed bona fide paratus eſt actionem ſuſcipere. Dum ſcilicèt

licèt exiſtimat ſe habere iuſtam causam litigandi: vel quia allegat iuſtam exceptionem. Tex. hic, & ibi Cuiacius, *l. Sciendum eſt* 21. *& l. Si quis ſolutioni* 24. *in princ. ff. de Vſuris*. Facit etiam *l. non poteſt* 99.*ff.h.t.* Vbi dicitur quod non poteſt improbus videri, qui ignorat quantum ſoluere debeat. Tales igitur ſolutionem recuſantes non tenentur ad illa, ad quæ tenentur moroſi.

Lex LXIV. Iulianus libro 29. Digeſtorum.

Ea quæ (a) *rarò accidunt, non* (b) *temerè in agendis negotijs computantur.*

a EA *quæ raro &c.* E g. Si quis mortuus ſit inteſtatus relicto filio, & vxore pregnante, quę portio in ſuſpenſo eſſe debeat, quæritur: ideò quia non poteſt ſciri, quot naſci poſſint: Eſt enim in vtero vxoris forſitan vnus tantùm,

tùm, forſitan duo, aùt tres, aùt quatuor, aùt quinque. Prudentiſſimi Iuris authores medietatem quandam ſecuti ſunt: vt quod fieri non raró admodum poſſet, intueretur, ideſt, quia fieri poterat, vt Tergemini naſcerentur, quartam partem ſuperſtiti filio adſignauerunt *l.3. ff. Si pars hered. pet.*

b *Non temerè*. Nonnunquam enim & ea quę raró accidunt iuſta de cauſa computantur, *l. Si maior 12. C. de legit. hered.*

Lex LXV. Iulianus libro 54. Digeſtorum.

Ea eſt (a) *natura cauillationis, quam Græci* σωρείτην *appellant, vt ab euidenter veris per* (b) *breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.*

a E*A eſt natura &c.* Sorites, de quo agitur hoc loco, ſpecies eſt Cauillationis,vt ſi quis dicat: Duodecim oues gregem faciunt,

ciunt, Item & vndecim, & decem. Ergo & nouem gregem faciunt. Falſa eſt concluſio, *l. Vltima ff. de Abigeijs.* . Breuiſſimis mutationibus, & gradibus, ſeù minutijs in laqueum incidimus. Eodem pacto ſi quis augendo dicat: Septem oues gregem non faciunt, Item nec octo, nec nouem. Ergo nec decem, Hæc concluſio eſt euidenter falſa, *dicta l. Vltima*. Sic ergo Sorites per breuiſſimas mutationes, ab euidenter veris diſputationem perducit ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, *vt in hac noſtra l. & in l. Natura cauillationis* 177. *ff. de Verborum ſignificatione.* Videre poteſt Cuiac. *in dictis legibus*, & Anton. Auguſt. *Emend. lib.4. cap.16. Verſ. Natura Cauillationis.*

b *Per breuiſſimas mutationes.* Breuiſſimæ mutationes ſunt, cùm aliquid paulatim, minutatim, & gradatim additur aut demitur: Et ſic mutatio fit.

Lex

Lex LXVI. Iulianus(*a*) lib.60. Digeſtorum.

Marcellus: *Deſinit* (b) *debitor eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.*

a IVlianus *&c.* Sic potiùs concipi debuit inſcriptio: Ex Iuliani *lib.60.Digeſtorum.* Marcellus (notat ſcilicet) vt add. *in Vulg.* & Haloand.

b *Deſinit debitor eſſe &c.* Qui nactus eſt exceptionem non deſinit eſſe debitor Iure Ciuili: Iure naturali plerunq; debitor eſſe deſinit: Et ità hanc Marcelli ſententiam accipit *Cuiac. in princ. huius noſtræ legis.*

Lex LXVII. Iulianus lib. 87. Digeſtorum.

Quoties (a) *idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimùm accipietur, quæ rei gerendæ aptior eſt.*

a Q*Voties idem ſermo &c.* Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimùm accipietur, quæ rei gerendæ aptior eſt. Ideſt, quæ rem perficit, & quæ ad eam rem, de qua agitur, propiùs accedit, vt ſi actor oratione ambigua vſus ſit, cuius vna ſententia actioni ſeruiat, altera non ſeruiat, ea potiùs accipitur, quæ actioni conuenit, *l. Si quis 66. ff. de Iudicijs*. Et è contra, Si reus oratione ambigua vſus ſit, cuius vna ſententia exceptioni ſeruiat, altera non ſeruiat, ea potiùs accipitur, quæ exceptioni conuenit. In ſumma Quoties in Actionibus, aut in Exceptionibus ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt id accipi, quo res,

de

de qua agitur,magis valeat,quàm pereat, *l. Quoties in actionibus* 13. *ff. de rebus dubijs.* Simili modo cùm in Teſtamento ambiguè,aut etiam perperam quid ſcriptum eſt: benignè interpretari debet, & ſecundùm id, quod credibile eſt teſtatorem cogitaſſe, credendum eſt, *l. Cùm in Teſtamento* 25. *ff. de rebus dubijs.* Et etiam quoties in Stipulationibus ambigua oratio eſt: commodiſſimum eſt id accipi,quo res, de qua agitur, in tuto ſit, *l. quoties* 80. *ff. de verb. obligat.*

Lex LXVIII. Paulus libro ſingulari de dotis repetitione.

In omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi (a) *perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat: Vbi verò* (b) *genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.*

a VBi *perſonæ &c.*Priuilegium habet mulier, quæ dotem

repetit: Priuilegium habet etiam Vir, à quo dos repetitur. Mulier vt præferatur omnibus creditoribus, Vir vt in id tantùm quod facere poteſt condemnetur. Vtrumque eſt perſonale, & ideò heredi extraneo non eſt præſtandum, *leg. Maritum* 12. *cum l. ſeq. ff. Soluto matrimonio, l. vnica C. de priuileg. dot. l. vlt. C. Qui pot. in pig. hab.* Vide in meis Comment. Inſtit. ad §. *Fuerat anteà, de Actionibus.*

b *Vbi verò genus actionis &c.* Vbi genus actionis Priuilegio locũ facit, ibi ad quemuis actionis perſecutio deuenerit, cum ſuo priuilegio ad eum tranſit: cuiuſmodi eſſe funerariam conſtat: Cauſa enim funeris & pietatis, funerariæ priuilegium extorſit. Et conſequenter Cauſæ, non perſonæ priuilegium eſt. Ad hanc noſtram Regulam facit *l. Priuilegia* 196. *ff. hoc tit.*

Lex

Lex LXIX. Paulus libro ſingulari de aſſignatione libertorum.

Inuito (a) beneficinm non datur.

a *INuito &c.* Inſcriptio legis indicat eam pertinere ad aſſignationem libertorum. Inuito non acquiritur aſſignatio libertorum, quia nec legatum, nec donatio, nec liberatio à patria poteſtate. *Cuiac. ad l.1. hoc tit.* Ad alios tamen caſus ſimiles Regula aptanda venit: Eſt enim generalis in ſua ſpecie, ſeù in genere ſuo.

Lex LXX. Vlpianus lib.1. de officio Proconſulis.

Nemo (a) poteſt gladij (b) poteſtatem ſibi datam, vel cuius (c) alterius coercitionis ad alium (d) traſferre.

a *NEmo poteſt &c. l. Solet 6. ff. de offic. Proconſ.*

b *Gladij poteſtatem.* Gladij pote-

ſtas hoc loco eſt Ius vitæ adimendæ: Quamuis omnes alioquin meri Imperij ſpecies, seù partes deſignare ſoleat gladij poteſtas generaliter accepta. Et per gladij poteſtatem merum Imperium deſignatur, quia meri olim Imperij ſymbolum gladius erat.

c *Vel cuius alterius coercitionis*. Vel Ius aliter puniendi. Puta in metalum damnandi, deportandi, relegandi, verberandi, confiſcandi. Nàm hæc etiam continet merum imperium.

d *Ad alium tranſferre*. Quia merum imperium ſeparatum eſt à Iuriſdictione, ideſt, non Iure magiſtratus competit, ſed lege datur, modò ad plenum, modò ex parte tantùm, conſequens eſt mādari id non poſſe alteri, *l.* 1. *ff. de officio eius &c.* Mixtum imperium cohæret Iuriſdictioni. Iuriſdictio mandatur, mixtum Imperium mandatur: quia hæc ſuo iure magiſtratus habet. Merum imperium ſuo iure non habet. Imò ex mente

Cu-

*Cuiacij Obſeru. lib.*21. *cap.*30. Mixtum imperium & iuriſdictio, res vna & eadem eſt. Et eius exempla duo proponuntur in *l.* 3. *ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* Vnum quod conſiſtit in danda bonorum poſſeſſione, Alterum in dando Iudice. Sunt & alia exempla, veluti multæ dictio, vel quæ alia modica coercitio, ſine qua Iuriſdictio explicari nulla poſſet. Cœterùm notate, quod his, quæ dicta ſunt, obijci poteſt *l.*1. *C. de offic. Proconſul.*Vbi dicitur quod Legatus Proconſulis non ſolùm ciuiles, ſed etiam criminales cauſas audit. Sed Reſpondetur hoc genus mandati extraordinarium eſſe, *l. ſolet* 6. *ff. de officio Proconſulis*. Vide Iacob. Gothof. ad noſtram legem,

Lex LXXI. Vlpianus libro 2. de officio Proconſulis.

Omnia (a) quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

a OMnia &c. Omnia quæcunque cauſæ cognitionē, ſiue decretum deſiderant, per libellum ſiue de plano expediri non poſſunt, ſed expediri debent pro tribunali. *Tex. hic, l. Nec quidquam 9. §. 1. ff. de offic. Procouſul.* E.g. Tutoris datio, confirmatio, excuſatio, remotio, quia cauſæ cognitionem ſiue decretum deſiderant: per libellum ſiue de plano expediri non poſſumt, *l. naturali filio 7. ff. de confir. Tut. l. excuſare 28. ff. de excuſ. Tut. l. hæc enim 4. ff. de ſuſpect. Tut.* Similiter alienatio rerum minoris, quia decretum deſiderat, ſubſcriptione ad libellum non permittitur, *l. Minorum 6. Cod. de præd. & alijs reb. minor.* Idem Iuris eſt in Reſtitutione in inte-

integrum, *l. Verùm* 12. §. *Sciendum eſt ff de Minoribus*. Eadem ratione dilatio non datur de plano, quia cauſæ cognitionem exigit, *l.* 4. *C. de dilat.*

Lex LXXII. Iauolenus lib. 3. ex poſterioribus Labeonis.

Fructus (a) rei eſt, vel pignori dare licere.

a FRuctus rei eſt &c. l. vltima ff. de Vſuris. Interpretes quidam hanc Regulam referūt ad fructuarium: poſſe ſcilicèt fructuarium Vſumfructum ſuum pignori dare. Quod quidem verum eſt, *l. Intereſt 6. C. de Vſufructu*, *l Si is, qui* 11. §. *Vſusfructus*, *l. & quæ* 15. *ff. de pignoribus*. Sed mihi nihilominùs magis placet opinio eorum qui eam referunt ad proprietarium, & vna cum Ioanne, dicunt, quod ſi quando in petitione rei fructuum ratio habenda ſit, vtilitas quam petitor habuiſſet, Si pignori dare licuiſſet,

æſtimabitur, arg. *l. Videamus* 19. *in fine ff. de Vſuris*. *Ex Cuiac. ad noſtram legem.*

Lex LXXIII. Quintus Mutius Scęuola libro ſingulari ὅρων.

Quo Tutela (a) *redit, eò hereditas peruenit, niſi cùm fœminæ heredes intercedunt.*

a QVo *Tutela &c.* Seù contrà: Quo hereditas redit, eò & Tutela peruenit. Regula eſt de tutela legitima, & de hereditate legitima, *l.* 3. §. *proinde ff. de legitimis Tutoribus.*

b *Niſi cùm fœminæ &c.* Rectæ ſubijcitur hæc exceptio: Niſi cùm fœminæ heredes intercedunt. Tùm enim quo hereditas redit, eò tutela non peruenit: Quoniam Tutorem eſſe, virile officium eſt, & alienum à fœminis, *l.* 1. *C. quando mulier Tut. offic. &c.* Matri tamen, & Auiæ hodie liberorum Tutela per-

permittitur. Nouella 118. cap.5. Addi poteſt ex Conſtitutione Iuſtiniani alia exceptio: Niſi cùm minores vigintiquinque annis heredes intercedunt, *l. vltima C. de legit. Tut.* De qua Conſtitutione Vide not. in meis Comment. Inſtit. *in Tit. de excuſ. Tut. vel Curat. ad* §. *Item maior.*

§. Nemo poteſt.

Nemo (a) *poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis heredibus, cùm moritur, habuit, habiturusve eſſet, ſi vixiſſet.*

a *Nemo poteſt &c.* Nemo poteſt Tutorem teſtamento dare niſi liberis qui ſui ſint, & poſtumis ſuis, Text. hic. *l.1. ff. de Teſtam. tut.* Et hoc vſque adeò verum eſt, vt ne miles quidem Tutorem non ſuis dare poſſit, *l.2. ff. de Teſtam. tut.* Non poteſt ergo pater emancipato Tutorem dare, quia emancipatus, patri non eſt ſuus heres.

§. *Emancipatos*, *Inſtit. de exhered. liber.* Neque mater filio Tutorem dare poteſt, quia mulieres ſuum heredem non habent. §. *Cæteri*, *Inſtit. de hered. qual. & differ.* Sed ſi emancipato filio Tutor à patre Teſtamento datus fuerit, confirmandus eſt ex ſententia Præſidis, vel Prætoris, ſine inquiſitione. §. *vltimo*, *& ibi Thoph. Inſtit. de Tutelis*. Si verò à matre Tutor filio Teſtamento datus ſit, non niſi ex inquiſitione confirmatur, *l. Pater* 4. *ff. de Teſtament. tutel. l.* 2. *ff. de confirmando Tutore*. Vide hęc omnia plenè explicata in meis Comment. Inſtit. ad §. *Permiſſum*, *cum duob.* §. *ſeq. de Tutelis*.

§. Vi factum.

Vi factum (a) *id videtur eſſe, qua de re quis cùm* (b) *prohiberetur, fecit*: *Clàm*, (c) *quod quiſque cùm controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit.*

a *Vi*

a *Vi factum &c.* Vi factum videtur, ſi quis contra quàm prohiberetur, fecerit. Sed ſi quis iactu, vel minimi lapilli prohibitus facere, perſeuerauirit, hic quoque vi feciſſe videtur. Sed & ſi quis contra teſtationem, denunciationemque fecerit, idem erit. Sed & is quoque vi facit, qui cùm ſciret ſe prohiberi, per vim molitus eſt, ne prohiberi poſſet. *l.* 1. §. *Quid ſit ff. Quod vi, aut clàm.*

b *Cùm prohiberetur.* Siue à domino, ſiue ab alio ipſius nomine prohiberetur, *l.* 3. *ff. Quod vi, aut clàm.*

c *Clàm, quod quiſquè &c.* Clàm factum id videtur eſſe, quod quiſque cùm controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit. *Tex. hic.* Illud notandum eſt, quod interdum euenit, vt quid fiat, partim vi, & partim clàm, in eodem opere: vt putà cùm prohiberem, fundamenta poſuiſti. Poſteà, cùm conueniſſem, ne reliquum opus fieret, abſente & ignorante me, reli-

reliquum opus perfeciſti: vel contrà, fundamenta clàm ieciſti: deinde cætera me prohibente ædificaſti. *l. Is qui* 11. §. *hoc Interdictum ff. Quod vi, aut clàm*.

§. Quæ in teſtamento.

Quæ (a) *in teſtamento ità ſunt ſcripta, vt intelligi* (b) *non poſſint, perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent.*

a *Quæ in teſtamento &c.* Quæ in teſtamento ſcripta eſſent, neque intelligerentur, quid ſignificarent: ea perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent: reliqua autem per ſe ipſa valent. *l. 2. ff. de ijs, quæ pro non ſcript. hab.*

b *Vt intelligi non poſſint.* Quę licèt legantur, intelligi tamen non poteſt, quid ſenſerit teſtator.

§. Nec paciſcendo.

Nec (a) *paciſcendo, nec legem* (b) *dicen-*

dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

a *Nec paciſcendo &c.* Alteri paciſci, legem dicere, ſtipulari, nemo poteſt, *l. Quicunque* 10. *ff. de oblig. & act. l. Stipulatio iſta* 38. §. *Alteri. ff. de verb. oblig.* Alteri inquàm extraneo: Ideſt, ei, cuius iuri ſubiectus non eſt, & quem ſuo iuri ſubiectum non habet. Vide, §. *Si quis alij, &* §. *Alteri, cum* §. *ſeq. Inſtit. de Inutil. ſtipul. cum ibi Not. in meis Comment.*

b *Nec legem dicendo.* Legem vocat conuentionem contractui incontinenti adiectam. Contractus enim legem ex conuentione, accipiunt, *l.* 1. §. *conueniat ff. depoſiti, l. contractus* 23. *ff. h. t.*

Lex LXXIV. Papinianus lib. primo Quæſtionum.

Non debet (a) *alteri per alteram iniqua conditio inferri.*

a NOn *debet alteri &c.* Ex mente Iac. Gothof. Hæc ſpecies & ſententia huic Regulæ aptanda venit: Non poſſe vnam ſolamque ex partibus, ſiuè vnum ex conſortibus μονομερῶς Magiſtratus Iuriſdictionem prorogare, ſcilicèt vt is aduerſarium, ſeù conſortem ad incompetentem, vel peregrinum fortè iudicem trahat. Facit *l.* 1. *&* 2. *ff. de Iudicijs. leg.* 1. *C. de Iuriſdict. omn. Iud.* Fuit enim deſumpta hęc noſtra Regula è Papiniani libro 1. Quæſtionum, quo is egerat de Iuriſdictione, deque Iudicum datorum notione: vt cõſtat ex *leg. Aliquando* 5. *ff. de offic. Proconſ. ex l.* 1. *de offic. eius &c. & ex l. arbiter* 33. *ff. de recept. arbitris.* quæ omnes ex eodẽ lib. 1. Quæſtionum Papiniani deſumptæ ſunt.

Ræ-

Ræuardus verò ſpeciem ponit ad noſtram legem ex dicta *l. Arbiter 33. ff. de recept. arbitris*, cuius ſenſus eſt Arbitrum ità ſumptum ex compromiſſo, vt & diem prorogare poſſit, hoc quidem facere poſſe, litigatoribus etiam inuitis: non tamen poſſe anticipare diem contradicentibus litigatoribus; nec intereſſe an ambo contradicant ſimul, an verò conſentiente altero, alter duntaxat contradicat. Non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. Sunt & aliæ leges complures, quę ad eandem equidem æquitatem pertinent cum noſtra lege, & ex eodem fonte, ſeù Iuris præcepto deſcendunt: Sed tamen huic noſtræ Legi minùs propriè earum ſpecies aptantur, ideòque conſultò eas omitto.

Lex

Lex LXXV. Papinianus lib. 3. Quæſtionum.

Nemo (a) *poteſt mutare conſilium ſuum in* (b) *alterius iniuriam.*

a NEmo *poteſt &c.* E. g. Filius emancipatus præteritus, qui legatum ex teſtamento patris maior 25. annis agnouit, non poteſt poſteà in heredis iniuriam, mutato conſilio petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas, *l. Si filius* 31. *ff. de minoribus.* quæ eſt ex eodem libro Tertio Quæſtionum Papiniani vnde hæc lex noſtra deſumpta eſt. Aliud exemplum eſſe poteſt in Arbitro, *arg. l. Si cùm dies* 27. *ff. de recept. arb.*, quæ & ipſa ex eodem lib. 3. quæſtionum Papiani deſumpta eſt. Qui enim ſemel in ſe recipit Arbitrium: non poteſt poſteà mutare conſilium, & officium receptum nolle implere in eorum iniuriam, qui eum diſceptatorem inter ſe elegerunt, *l.* 3. §. *Tametſi. ff. de recept. arbit.*

Scri-

Scribit etiam Idem Papinianus lib. 3. Reſponſorum, Venditorem, qui legem commiſſoriam elegit, poſteà variare non poſſe, *l Si fundus* 4. §. *Eleganter ff. de lege commiſſoria*. Nonnunquam tamen, Prætor mutationem conſilij admittit ex æquitate, vt cùm de bonis paternis inter fratres diſceptatur: qua de re vide *l. Nonnunquam* 8. *ff. de collat. bon.*

b *In alterius iniuriam*. In alterius damnum, læſionem, captionem, detrimentum.

Lex LXXVI. Papinianus libro 24. Quæſtionum.

In (a) *totum omnia quæ* (b) *animi deſtinatione agenda ſunt, nonniſi* (c) *vera & certa ſcientia perfici poſſunt*.

a IN *totum*. Ideſt, generaliter, ſiue in toto Iure Cuiac.

b *Quæ animi deſtinatione agenda ſunt*. Hoc eſt, quæ animi iudi-

dicio, ſeù perpenſo conſilio fieri debent. Vt in aditione, & in geſtione pro herede, quæ & ipſa, non tam eſt facti, quam animi, *l. pro herede 20. in princ. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Et in agnitione bonorum poſſeſſionis, *l. Qui hereditatem 19. ff. de acquir. vel omitt. hered.*

c *Non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt*. Et ſi aliter fiant, ipſo Iure nulla ſunt.

Lex LXXVII. Papinianus lib. 28. Quæſtionum.

Actus (a) *legitimi qui* (b) *recipiunt diem vel conditionem, veluti* (c) *mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, ſerui* (d) *optio, datio,* (e) *tutoris: in* (f) *totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam* (g) *tamen actus ſuprà ſcripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium adferunt. Nàm ſi acceptum feratur ei qui ſub conditione promiſit,*

ità

ità demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit. quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

a Actus legitimi. Actus legitimi ſunt legis actiones, quæ ſolemnitatem Iuris deſiderãt, & fiunt certis conceptiſque verbis, veluti Mancipatio &c. Sed hodie verba ſolemnia, licèt non dicantur, vt dicta accipiuntur, *l. Manumiſſio 23. ff. de manumiſſ. vindic.*

b *Qui recipiunt diem vel conditionem.* Vulgò, Qui non recipiunt. Florentina lectio, Qui recipiunt: Ideſt, Qui facto recipiũt, non Iure; Quibus adijcitur dies, vel conditio apertè, non tacitè. *Cuiac. hic, & Obſeruat. lib. 15. cap. 16.*

c *Mancipatio.* Vulgò legitur, Emancipatio. Cuiac. legit, Mancipatio, accipiendo eam generaliter vt definitur à Vlpiano in Frag. Tit. 19.

d *Serui optio*. Vel cuius alterius rei.

e *Datio tutoris*. Facta à Magigratu.

f *In totum*. Ideſt, omninò, penitùs.

g *Nonnunquam tamen &c.* Nonnunquam Actus legitimi Tacitè recipiunt & diem & conditionem; & locus eſt Regulæ: Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, *l. Expreſſa* 195. *ff. h.t.* Exemplum ſequitur hic in Textu.

Lex LXXVIII. Papinianus lib. 31. Quæſtionum.

Generaliter, (a) *cùm de fraude diſputatur; non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.*

a GEneraliter *&c.* Rectiùs multò huius legis verba tranſpoſita reſtitues hoc pacto. Generaliter, cùm de fraude diſputatur: non quid habeat aduerſarius, ſed

ſed quid actor per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt. ex Cuiac. hic. Facit *lex Si nauis 62. §. vlt. ff. de rei vindic.* Vdi de malæ fidei poſſeſſore idem Papinianus ait, quod generaliter, cùm de fructibus æſtimandis quęritur: conſtat animaduerti non debere, an malæ fidei poſſeſſor fruitus ſit: ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet.

Lex LXXIX. Papinianus lib. 32. Quæſtionum.

Fraudis (a) *interpretatio ſemper in Iure Ciuili, non ex* (b) *euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque* (c) *deſideratur.*

a FRaudis *interpretatio &c.* Fraus non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque ęſtimatur. Ideſt, non videtur fraudaſſe qui fraudauit re ipſa, nìſi animum quoque fraudandi habuerit. §. *In fraudem, Inſtit. Qui & quib. ex caut. manu-*

manumit. non poſſ. In quibuſdam tamen euentum duntaxat inſpicimus, vt in legatis, & mortis cauſa donationibus, *l.* 1. §. 1. *ff. Si quid in fraud. patr.* Et in fideicommiſſarijs libertatibus, *l. Ergo* 4. §. *Si quis autem ff. de fideicommiſſ. libert. l. Vltima C. Qui manumitt. non poſſ.*

b *Non ex euentu duntaxat.* Nàm decipitur, vt ait Catullus, Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

c *Deſideratur.* In alijs legitur: Conſideratur.

Lex LXXX. Papinianus lib. 33. Quæſtionum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In toto (a) *Iure generi per ſpeciem* (b) *derogatur: & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.*

a IN *toto Iure generi &c.* E. g. Si peculium prælegatum eſt, & vicarius, qui ſeruus eſt peculiaris, liber eſſe iuſſus ſit, liber erit. Spe-

Speciem enim eximi de genere placet. *l. Si peculium* 10. *ff. de manumiſſ. teſtam.* Item ſi Alij vernæ, Alij curſores legati ſunt: ſi quidã & curſores, & vernæ ſunt: curſoribus cedunt. Semper enim ſpecies generi derogat. *l. Seruis vrbanis* 97. *§. vlt. ff. de legatis* 3. Item ſi Alij veſtimenta, Alij veſtis muliebris ſeparatim legata ſit, detractis muliebribus, & ei aſſignatis, cui ſpecialiter legata ſunt, reliquum alteri debetur. *l.* 1. *ff. de auro, & arg. leg.* Item Sanctio legum, quæ nouiſſimè certam pœnam irrogat ijs, qui legis præceptis non obtemperauerint, ad eas ſpecies pertinere non videtur, quibus ipſa lege ſpecialiter pœna addita eſt. Nec ambigitur in cętero omni Iure ſpeciem generi derogare. *l. Sanctio legum* 41 *ff. de Pœnis*. Et non ſolùm Iure Ciuili, ſed etiam Iure Canonico, Generi per ſpeciem derogatur. *Regula* 34. *de Regul. Iur. in* 6. Vnde qui eſt generalis in Prouincia Legatus, de cauſa,

quam alicui Papa ſpecialiter delegauit, ſe intromittere non poteſt. *cap. 2. de offic. legati*.

b *Derogatur*. Hoc eſt, Modus generi datus in ea ſpecie intelligitur. *l. legata 9. ff. de ſuppellect. legata*.

Lex LXXXI. Papinianus lib. 3. Reſponſorum.

Quæ (a) *dubitationis tollendæ cauſa* (b) *contractibus inſeruntur*, *Ius commune non lædunt*.

a Q*Væ dubitationis &c.* Iure communi creditor mandatorem eligere poteſt, omiſſo reo promittendi, & pignoribus non diſtractis. Diſtractis quoque pignoribus, ſi ſuum in integrum creditor ſeruare non potuerit, ad mandatorem redire poteſt, vt reſiduum debiti ab eo obtineat. Quid ergo ſi creditor nominatim conueniat, vt mandatorem eligere poſſit, omiſſo reo promittendi, & pi-

& pignoribus non diſtractis, ſed dictum non ſit, quod diſtractis pignoribus, ad mandatorem creditor redire poſſit: An huic beneficio renũciatum videri dicemus? Minimè. Quia quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, Ius commune non lædunt. Poterit igitur creditor in propoſito caſu, non ſolùm eligere mandatorem, omiſſo reo promittendi, & pignoribus non diſtractis: ſed diſtractis quoque pignoribus ad mandatorem creditor redire poterit. Atque ità ſeruabitur Ius commune & in caſu expreſſo, & in omiſſo. *l. Qui mutuam 56. in princ. ff. mandati*. Eſt tamen notandum, quod *ex Nouella de fideiuſſoribus, & mandat. cap.* 1. Qui mutuam pecuniam dari mandauit: omiſſo reo promittendi, & pignoribus non diſtractis, eligi non poteſt, niſi hoc adiectum ſit in obligatione.

b *Contractibus inſeruntur*. Dic idem in vltimis Voluntatibus. *l. Teſtamentũ* 17. *C. de Teſtamentis.*

Lex LXXXII. Papinianus libro 9. Reſponſorum.

Donari (a) *videtur quod* (b) *nullo Iure cogente conceditur*.

a DOnari videtur &c. *l. Donari 29. ff. de donat.*

b *Quod nullo Iure*. Nullo Iure Ciuili, aut naturali. Vnde ſi quis ſeruo pecuniam crediderit, deinde is liber factus eam expromiſeſetit: non erit donatio, ſed debiti ſolutio. *l. hoc Iure 19. §. Si quis ſeruo ff. de donationibus*. Similiter donatio, quę fit remunerationis cauſa, non eſt propria & vera donatio. Nàm remuneratio non eſt mera liberalitas, ſed officiorum, ſeù laborum merces & compenſatio naturaliter debita. Ideòque talis donatio non eget inſinuatione, *l. penult. §. Vltimo, & ibi in Summario ff. de donationibus*.

Lex LXXXIII. Papinianus libro 2. Definitionum.

Non (a) videntur rem amittere, quibus propria non fuit.

a NOn *videntur &c.* In vulgatis legitur: Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit. Hac ratione creditor pignora, quæ fortuito caſu interierint, præſtare non compellitur: nec à petitione debiti ſubmouetur. *l. Quæ fortuitis* 5. *C. de Pignorat. act.* Quandoque tamen impropriè dicitur quis amittere quod conſequi potuit, ſed conſequutus non eſt, vt in *l. Si ſeruum meum* 33. *in fine ff. ad legem Aquiliam. & in* §. *Illud, Inſtit. de lege Aquila.* Vide Iacob. Gothof. ad hanc noſtram legem Vbi demonſtrat, quod verum eius ſenſum, genuinamq; ſpeciem & quæſtionem nondum apponunt Interpretes, neque Græci, neque Latini, & ſubſequenter Tres ſpecies ponit, ad quas Regulam hanc pertinere affirmat.

Lex LXXXIV. Paulus lib. 3. Quæſtionum.

Cùm (a) *amplius ſolutum eſt quàm debebatur, cuius pars non inuenitur quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione.*

a CVm *amplius ſolutum eſt &c.* Si centum debens, quaſi ducenta deberem, ſundum ducentorum ſolui: Totius fundi condictio eſt, & priſtina obligatio centum aureorum incorrupta manet. Nàm quæ pars fundi indebitò ſoluta ſit non inuenitur. *l Si non ſortem* 26. §. *Si centum ff. de condic. indeb.* Cùm autem eius, quod indebitè ſolutum eſt, pars inuenitur quæ repetiti poſſit, quod amplius ſolutum eſt quàm debebatur, repetitur. *dicto* §. *Si centum, in fine.*

§. Is

§. Is natura.

Is (a) *natura debet, quem* (b) *Iure gentium dare oportet, cuius ſidem ſecuti ſumus.*

a *Is natura debet &c.* Is natura debet, qui Iure gentium debet, cuius ſidem ſecuti ſumus, Ideſt, cui fidem habuimus. Et Is, qui natura debet, ſoluti condictionem non habet. *l. Naturaliter* 13. *ff. de condict indeb.* Non tamen poteſt Iure Ciuili ad ſoluendum compelli. *l. Creditores* 10. §. *Quod ſi ff. de Verb. ſignific. l. Iuris gentium* 7. §. *Sed cum nulla ff. de Pactis.*

b *Quem Iure gentium dare oportet.* Propterea quod illius fidem ſecuti ſumus: Graue enim eſt & naturæ contrarium, fidem fallere. *l.* 1. *ff. de conſtit. pec. & l.* 1. *in princ. ff. de Pactis.*

Lex LXXXV. Paulus libro 6. Quæſtionum.

In (a) *ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.*

a IN *ambiguis &c. l. In ambiguis* 71. *ff. de Iure dotium. Vlpianus in l. Si ergo* 10. §. *Si res ff. de Iure dotium*: Si res alicui tradidero, vt, nuptijs ſecutis, dotis efficiantur, & ante nuptias deceſſero: an, ſecutis nuptijs, dotis eſſe incipiant? & vereor, ne non poſſint in dominio eius effici, cui datæ ſunt: quia poſt mortem incipiat dominium diſcedere ab eo, qui dedit: quia pendet donatio in diem nuptiarum. Et cùm ſequitur conditio nuptiarum, iàm heredis dominium eſt, à quo diſcedere rerum non poſſe dominium, inuito eo, fatendum eſt. Sed benignius eſt, fauore dotium, neceſſitatem imponi heredi conſentire ei, quod defunctus fecit: aut ſi diſtulerit, vel abſit: etiam nolente, vel abſente

ſente eo, dominium ad maritum ipſo iure transferri: ne mulier maneat indotata. Aliud exemplum ſumi poteſt ex *l. Gaius Seius 46. ff. Soluto matrimonio.*

§. Non eſt nouum.

Non (a) *eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta* (b) *ſunt, durent, licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.*

a *Non eſt nouum.* Non eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent, licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. E. g. Matrimonium rectè contractum, furor ſuperueniens non dirimit, etſi matrimonium contrahi non ſinat: quia conſenſu opus eſt. *l. Oratione 16. in fine ff. de ritu nuptiarum.* Similiter Teſtamẽtum rectè factum, aliudue negotium rectè geſtum, poſteà furor interueniens non perimit. §. *Prætereà, Inſtit. Quib.*

non eſt permiſſ. fac. teſtam. Sic etiam ſi debitor debitum in diem, vel ſub conditione creditori purè legauerit, vtile eſt legatum propter repræſentationem. Quòd ſi viuo Teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus ſcripſit, vtile eſſe nihilominus legatum, quia ſemel conſtitit. Quod & verum eſt. Non enim placuit ſententia exiſtimantium, extinctum eſſe legatum, quia in eam cauſam peruenit, à qua incipere non poteſt. §. *Ex contrario*, *Inſtit. de legatis*. Cæcus quoq; iàm acceptum magiſtratum retinere poteſt: adſpirare autem ad nouũ penitus prohibetur. *l.* 1. §. *Quamquam autem ff. de Poſtulando*.

b *Conſtituta ſunt*. Ideſt, conſummata & perfecta. *l. Si ſub vna* 136. §. *Si qui viam ff. de Verb. oblig.*

§. Quo-

§. Quoties.

Quoties (a) *æquitatem deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res* (b) *temperanda eſt.*

a *Quoties æquitatem deſiderij &c.* E. g. Tria onera Tutelæ non adfectatæ preſtant vacationem à quarta Tutela. §. *Item tria onera, Inſtit. de excuſat. Tut. vel cur.* Paulus tamen putat, rectè facturum Prætorem ſi etiam vnam Tutelam ſufficere crediderit, ſi tam diffuſa, & negotioſa ſit, vt pro pluribus cedat. *l. Si is, qui* 34. §. *Cæterum ff. de excuſ. Tut.* Si ergo Tutor vna Tutela grauatus, deſiderat à ſecunda excuſari, quia naturalis ratio, & dubitatio Iuris, deſiderij ſui moratur æquitatem, iuſtis decretis res temperanda eſt, vt ſuprà.

b *Temperanda eſt.* Temperare, eſt inter ſummum, & nimium indulgens Ius, medium locum tenere. Got.

Lex LXXXVI. Paulus libro 7. Quæſtionum.

Non (a) *ſolet deterior conditio fieri eorum qui litem conteſtati ſunt, quam ſi non eſſent: ſed plerunque* (b) *melior.*

Lex LXXXVII. Idem lib. 13. Quæſtionum.

Nemo enim in perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam heredi quoque (c) *proſpicitur, & heres tenetur* (d) *ex omnibus cauſis.*

a NOn *ſolet deterior &c.* Vnde in compẽſationem etiam id deducitur, quo nomine cum actore lis in alio Iudicio conteſtata eſt: ne diligentior quiſque deterioris conditionis habeatur, ſi compenſatio ei denegetur. *l. In compenſationem* 8. *ff. de compenſat.*

b *Sed plerunque melior.* Actio temporalis perpetua efficitur, & in

in annos quadraginta perpetuatur per litis conteſtationem. *l. vlt. C. de præſcrip. 30. vel 40. an.* Et per eam interrumpitur præſcriptio. *l. 2. C. de long. temp. præſcriptione.* Et etiam bonæ fidei poſſeſſores, poſt litis conteſtationem, cum ipſa re præſtant fructus vniuerſos, *l. Certum eſt 22. C. de rei vindicat.* His autem verbis (*ſed plerunque melior*) Indicatur, non ſemper meliorem fieri conditionem eorum qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent. Cùm tamen non eſt quò melior effici poſſit actoris conditio, in eodem ſaltem ſtatu permanet. Ergo plerunque melior efficitur. At enim deterior nunquam, ex Cag. & Iacob. Got. Aliter tamen hæc verba ab alijs DD. hoc eodem loco explicantur, vt apud eoſdem videri poteſt.

c *Heredi quoque proſpicitur.* Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent. *l. Omnes actiones 139. ff. h. t.*

d *Et*

d *Et heres tenentur ex omnibus cauſis*. Etiam pœnalia Iudicia ſemel accepta, in heredes tranſmitti poſſunt. *l. Pœnalia* 164. *ff. hoc eodem Titulo*.

Lex LXXXVIII. Scęuola libro 5. Quæſtionum.

Nulla (a) *intelligitur mora ibi fieri, vbi* (b) *nulla petitio eſt*.

a NVlla *intelligitur mora &c.* Pupillus ſine Tutoris auctoritate Stichum promiſit, & fideiuſſorem dedit: Seruus autem poſt moram à pupillo factam deceſſit: Nec pupillus erit obligatus, nec fideiuſſor propter pupilli moram. Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt. Pupillus ſine Tutoris auctoritate, ciuiliter non obligatur, & conſequenter pupilli mora, mora non eſt. Ex obligatione petitio, ex petitione mora naſcitur. Ideò vbi nulla obligatio, ibi nulla petitio:

titio: vbi nulla petitio, ibi nulla mora. Ex ſola naturali obligatione nulla petitio conceditur. Ideòque ſuper ea ſola non poteſt mora fingi, vel Iudicium fieri. In ſumma dicta pupilli mora, neque ipſi pupillo, neque fideiuſſori nocet. Et fideiuſſor eſt ſolùm obligatus ad hoc, vt viuo homine conueniatur, vel etiam mortuo poſt moram ſuam. *l. Si pupillus* 127. *&* *ibi Got. ff. de verb. oblig.*

b *Vbi nulla petitio eſt.* Vel inefficax. *l. Si pactus ſim* 54. *ff. de Pactis.*

Lex LXXXIX. Paulus libro 10. Quæſtionum.

Quamdiu (a) *poſſit valere teſtamentum, tamdiu* (b) *legitimus non admittitur.*

a QVamdiu poſſit valere teſtamentum &c. Quamdiu poteſt ex teſtamento adiri hereditas, ab inteſtato non defertur. *l. quam-*

l. quamdiu 39. *ff.de acquir. vel omit. hered. l. antequam* 8. *C. commun. de ſucceſſ.* Hinc eſt, quod heres inſtituta matris teſtamento, ſi ſucceſſionem ex teſtamento omiſit, & ab inteſtato bonorum poſſeſſionis Ius habere voluit, Subſtituto locum quin fecerit, in dubium non venit. Proinde ſi ſubſtitutus hereditatem amplexus eſt, ſucceſſionem ab inteſtato non poteſt filia vendicare. *l.* 3. *C. de Impuber. & aliis ſubſtit.*

b *Tandiu legitimus non admittitur.* Si quis tamen ità heres inſtituatur (Si legitimus heres vendicare nolit hereditatem meam) deficit conditio Teſtamenti illo vendicante, *l. Si quis ità* 82. *ff. de hered. inſtit.*

Lex

Lex XC. Paulus libro 15. Quæſtionum.

In omnibus (a) *quidem, maximè tamen in Iure, æquitas ſpectanda eſt.*

a IN *omnibus quidem &c.* Æquitas in omnibus rebus ſpectatur, potius quàm ſtrictum Ius. *l. Placuit* 8. *C. de Iudicijs*. In omnibus, vt in Teſtamentis, contractibus, pactis, Iudicijs, legibus. Maximè tamen ſpectatur in Iure, ideſt, in Legibus. Namque harum parẽs eſt ęquitas. Et ſcire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem. *l. Scire leges* 17. *ff. de legibus*. Vis earum poſita eſt in æquitate, in mente & conſilio Scriptoris. Cuiacius, vbi tamen verba legis ità aperta ſunt, vt interpretationi locum non relinquant, lex, etſi dura, ſeruanda eſt. *l. Proſpexit* 12. *ff. Qui & à quibus. l. Nihil intereſt* 32. *ff. ad leg. Iul. de adult.* Tùm enim ſolius Principis eſt, legem duram interpretatione moderari. *l.* 1. *&* 9. *C. de legibus*.

Lex

Lex XCI. Paulus libro 17. Quæſtionum.

Quoties (a) duplici Iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo Iure, quod ante defertur, ſupererit vetus.

a Q*Voties duplici Iure &c.* Si filius cmãcipatus patrem teſtamento præterierit, patri querela inofficioſi teſtamenti datur: quia hæc præteritio pro exheredatione habetur, Competit etiã patri manumiſſori bonorum poſſeſſio contra Tabulas. Ius antiquum eſt Querela. Ius nouum eſt Bonorum poſſeſſio contra Tabulas. Hoc Ius nouum ante defertur, quàm Querela, quæ eſt petitio hereditatis ab inteſtato. Nàm Bonorum poſſeſſio contra Tabulas eſt prima pars Edicti, ſequentibus partibus Edicti defertur ſucceſſio ab inteſtato: Ideòque repudiata bonorum poſſeſſione contra Tabulas nouo Iure, quod primum de-

defertur patri manumiſſori, ſupereſt Ius vetus, hoc eſt, Querela & bonorum poſſeſſio vnde legitimi ordinādæ querelæ cauſa. *Cuiac. Obſeruat. lib.* 8. *cap.* 23. *& ad l.* 14. *ff. de inoffic. Teſtam.* Vbi etiam ponit aliud exemplum ad noſtram legem ex Senatus Conſultis Tertylliano, & Orphiciano. Et in Comment. ad hanc eandem legem repudiat exempla, quæ ad eam ponunt Bulg. Ioan. & Accurſ.

Lex XCII. Sceuola libro 5. Reſponſorum.

Si Librarius (a) *in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, nihil nocere quo minus & reus, & fideiuſſor tenerentur.*

a SI *Librarius &c.* Error Librarij, ideſt, Scriptoris, in tranſcribendis ſtipulationis verbis, non vitiat ſtipulationem. Sed & reus, & fideiuſſor tenentur prout ſtipulanti promiſerunt. Idem in

in cæteris contractibus. *l.* 1. *Cod. plus valere quod agitur &c.* Similiter Teſtamentum non vitiat error ſcribentis. *leg. Errore* 7. *C. de Teſtam.* Neque veritati præiudicium afferrunt errores eorum qui prçces ſcribunt. *leg.* 2. *C. de error. aduocat.* Non læditur ſtatus hominum, ob tenorem Inſtrumenti malè concepti. *l. Imperator* 8. *ff. de ſtatu hominum*. Veritas, rerum erroribus geſtarum non vitiatur. *l. Illicitas* 6. §. 1. *ff. de offic. Præſid.*

Lex XCIII. Mœcianus libro primo Fideicommiſſorum.

Filiusfamilias (a) *neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.*

a F*iliusfamilias neque retinere &c.* Nàm quidquid filius peculiari nomine adprehendit, id ſtatim pater eius poſſidet, etiam ignorans. *l. quidquid* 4. *ff. de acquir. poſſeſſ.* *l.* 1. §. *quod ſeruus ff. de vi*,

vi, *& de vi armata*. Hodie filiusfamilias in Profectitio quidem peculio pleno Iure patri adquirit: Sed in Aduentitio adquirit patri vſumfructum tantùm, ſibi proprietatem: In Caſtrenſi verò, vel quaſi Caſtrenſi peculio pleno Iure ſibi adquirit, *l. Cum oportet 6. C. de bonis quæ liberis*. Hæc igitur Regula hodie in Profectitio Peculio dumtaxat locum habet.

Lex XCIV. Vlpianus lib. 2. Fideicommiſſorum.

Non ſolent (a) *quæ abundant, vitiare ſcripturas*.

a NOn ſolent quæ abundant &c. Non enim mutat ſubſtãtiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio. *l. Pediculis 34. §. Labeo ff. de auro, & arg. leg. Facit l. Teſtamentum 17. C. de Teſtamentis*. Vbi dicitur, quod Teſtamentum non ideò infirmari debebit, quòd diuerſis hoc deficiens no-

nominibus appellauit, cùm ſuperflua non noceant. Namque neceſſaria prætermiſſa imminuunt contractus, & Teſtatoris officiunt voluntati, non abundans cautela.

Lex XCV. Vlpianus libro 6. Fideicommiſſorum.

Nemo (a) *dubitat, ſoluendo* (b) *videri eum, qui defenditur.*

a NEmo *dubitat &c.* De eo qui defenditur eſt hęc Regula, quæ deſumpta eſt ex lib. 6. Fideicommiſſorum Vlpiani, vt conſtat ex inſcriptione eiuſdem Regulæ: Et eius ſpecies pertinet ad petitionem fideicommiſſorum, & ad cautiones eorum nomine præſtandas. Eadem tamen Regula obtinet etiam in legatis, in dote, alijſve creditis.

b *Soluendo videri eum, qui defenditur.* Quia qui alium defendit, ſatisdare cogitur Iudicatum ſolui. Nemo enim alienæ litis

ido-

idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur. *l. Qui proprio 46. §. qui alium ff. de Procurat. §. Si verò reus, Inſtit. de ſatiſdat.* Cùm igitur is, qui defenditur, ſoluendo videatur, bona eius non poſſidentur, non venduntur.

Lex XCVI. Mœcianus libro 12. Fideicommiſſorum.

In ambiguis (a) orationibus, maximè ſententia ſpectanda eſt eius, qui eas protuliſſet.

a IN *ambiguis orationibus &c.* Frequens eſt vſus huius Regulæ in quæſtionibus Teſtamentorum, in quibus quid ſenſerit Teſtator, ſpectandum eſt, & maximè in fideicommiſſis. *l. Quiſquis 93. ff. de legatis 3.* Et ſicut ait Plinius, Religioſiſſimè cuſtodienda eſt defunctorum voluntas, quam bonis heredibus intellexiſſe, pro Iure eſt. Sumatur exemplum ex *l. Sempronius 26. ff. de vſu, & vſufruct.*

fruct. leg. Vbi Sempronius ab herede ſuo fundùm Gaio poſt decennium deducto vſufructu dari iuſſit. Quæritur, cum medio hoc decennij ſpatio heres vita functus ſit: an poſt tempus decennij plenus fundus ad legatarium pertineat? Hoc caſu de ſententia Teſtatoris quærendum eſt: qui vtique de eo vſufructu detrahendo ſenſit, qui coniunctus eſſet heredis perſonæ: quo extincto, ſolidam proprietatem ad Legatarium voluit pertinere, nec plus tranſmitti ad ſucceſſorem ſuum, qui nōdum habere cępit vſumfructum, quàm ſi iàm habere cępiſſet. In contractibus, ſi ambigua ſit oratio, id ſequímur quod contra eum facit, qui ambigua oratione legem dixit, quia in eius fuit poteſtate legem apertius conſcribere. *l. Veteribus 39. ff. de Pactis. leg. Labeo 21. ff. de contrahen. empt. & Gloſſa hic.* Et hoc verum eſt, ſi res, de qua agitur, in tuto ſit. Aliàs pro validitate actus ſit interpretatio,
leg.

leg. Quoties 80. *ff. de verb. obligat. Cagnol. hic*. Quid autem ſit dicendum quoties in actionibus, aut in exceptionibus ambigua oratio eſt, notatum fuit ſupra. *ad l. Quoties, 67. ff. hoc eodem titulo*.

Lex XCVII. Hermogenianus lib. 3. Iuris Epitomorum.

Ea ſola (a) deportationis ſententia aufert, quæ (b) ad Fiſcum perueniunt.

a EA *ſola &c.* Sententia deportationis bona deportati liberis aufert. *l. vlt. C. de ſent. paſſ.* quoniam bona deportati ad fiſcum tranſeunt, *l. deportatorum* 8. *Cod. de pœnis*. Quamuis enim ſit acerbum parētum ſcelera filiorum pœnis lui: hoc tamen præclarè legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet, vt ait Cicero ad Brutum. Iura Conſanguinitatis liberis inter ſe, vel Iura

agnationis non aufert ſententia deportationis, *l.* 3. *ff. de Interdict. & releg. leg. vlt. ff. vnde legitimi*, quia hæc ad fiſcum non perueniũt. Cuiac. hic. Neque aufert deportationis ſententia ęs alienum: Quia non poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutura ſunt. Id enim bonorum cuiuſq; eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt. *leg. non poſſunt* 11. *ff. de iure fiſci*. Hodie Bona damnatorum fiſco non applicantur, ſed debentur deſcendentibus, & aſcendentibus vſque ad tertium gradum, excepto Crimine læſæ maieſtatis. *A. Vt nulli Iudicum &c. cap. vltim.*

b *Quæ ad fiſcum perueniunt*. Quaſi dicat: Ea, quæ non ſunt fiſco applicanda, non auferuntur per ſententiam deportationis.

Lex

Lex XCVIII. Hermogenianus lib. 4. Iuris Epitomarum.

Quoties (a) *vtriuſque* (b) *cauſa lucri ratio vertitur: is præferendus eſt, cuius in* (c) *lucrum cauſa tempore præcedit.*

a QVoties &c. Vlpianus *in l. nemo prædo* 126. §. *vlt. ff. hoc tit.* Cùm de lucro duorum quæritur, meliorem poſſidentis eſſe cauſam ait. Hermogenianus autem in hac noſtra lege, Cùm de lucro duorum quæritur, eum præferendum ait, cuius cauſa in lucro tempore præceſſit. Ad vtramque exemplum poni poteſt de duobus, quibus donata eſt res aliena. Si à diuerſis non dominis, poſſeſſor melior eſt. Si ab eodem, prior potior eſt. Cuiac. hic. Eſt tamen notandum, quòd licèt hæc Regula ſit generaliter elata de concurſu duorum de lucro agentium: Tamen in ſpecie ad legatorum materiam pertinet, de quibus Hermo-

genianum lib.4. Iuris Epitomarũ, vnde fuit deſumpta, egiſſe docent *l. Si quis* 22. *ff. de leg.* 3. *l. legatum* 94. *ff. de condit.& demonſt.* & etiam aliæ leges. De concurſu igitur duorum legatariorum, qui v. legatum petunt ex diuerſis Teſtamentis, Caſus figuri poteſt ex *l.* 1. *C. de bon. auct. Iud. poſſ.* Finge: Heredem inſtituit Te Titius, & legata reliquit. Non ſolutis legatis, deceſſiſti, & alia legata reliquiſti: Quæritur, an potiores ſint primi, an verò ſecundi legatarij? Et Reſpondetur quòd primi. Quoties enim in vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cuius in lucro cauſa tempore præcedit.

b *Vtriuſque*. In vtriuſque.

c *In lucrum*. In lucro. Hal,

Lex

Lex IC. Venuleius libro 12. Stipulationum.

Non (a) *poteſt improbus videri, qui ignorat quantum ſoluere debeat.*

a *NOn poteſt improbus videri &c.* Ideſt, non poteſt videri in mora. Non eſt enim in mora qui reſiduum debiti paratus eſt ſoluere, & ideò petit dari ſibi arbitrum, apud quem quantum ſit quod ſupereſt ex debito, examinetur. *l. Si reſiduum* 5. *C. de diſtract. pignor.* Talis igitur non tenetur ad illa ad quæ tenentur moroſi.

Lex C. Gaius libro primo Regularum.

Omnia (a) *quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.*

a *OMnia quæ iure &c.* Nihil enim tã naturale eſt, quam eo genere quidquid diſſoluere;

 quo

quo colligatum eſt, *l. Nihil tam naturale* 35. *ff.h. tit.* Vbi & noſtram Regulam expoſui.

Lex CI. Paulus libro ſingulari de Cognitionibus.

Vbi lex (a) *duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo & primo die venerit, audiendus* (b) *eſt: Ita enim & Imperator* (c) *Antoninus cum Diuo* (d) *Patre ſuo reſcripſit.*

a VBi *lex duorum menſium &c.* Qui ad munus publicum nominatus eſt, ſi vult appellare; ſeù excuſare ſe, id facere legibus iubetur intra duos menſes. *l.1.C. de tempor. & reparat. appellat.* Si ergo quis ſexageſimo & primo die venerit ad excuſationem proponendam, an ſit audiendus quæritur? Et Reſpondetur, quòd eſt audiendus. Ità enim & Imperator Antoninus cum Diuo Patre ſuo reſcripſit.

b *Au-*

b *Audiendus eſt*. Ex æquitate quadam, etſi ſummo Iure excluſus. Gloſſ. & Iac, Got.

c *Et Imperator Antoninus*. Caracalla.

d *Cum Diuo Patre ſuo*. L. Septimio Seuero. Vulgata legit: Fratre. Sed malè.

Lex CII. Vlpianus libro 1. ad Edictum.

Qui (a) *vetante Prætore fecit: hic aduerſus Edictum feciſſe propriè dicitur*.

§. *Eius eſt* (b) *actionem denegare, qui poſſit & dare*.

a QVi *vetante Pretore &c.* Decius, & Cagnolus, & etiam alij hanc Regulam ſic intelligunt, quòd ſcilicèt Paria ſunt, aliquid fieri vetante Prætore, vel aduerſus Edictum eius. Facit tex. *in l. Aduerſus* 34. *ff. de recept. arbitr.* Sed Iacob. Goth. dicendum omninò affirmat ſpectare hanc Regulam,

ad differentiam inter Fraudem Edicto facere, & aduerſus Edictum facere. Aduerſus Edictum facit, qui id facit, quod Edictum prohibet: In fraudem verò, qui ſaluis Edicti verbis, ſententiam eius circumuenit, arg. *l. Contra legem* 29. *& l. ſeq. ff. de legibus.*

b *Eius eſt actionem denegare &c.* Hoc refertur ad edicta quibus plurimum pollicetur Prætor ſe actionem daturum, his verbis, Actionem dabo. Sed intelligitur vbique, vel denegabo, cùm eiuſdem ſit denegare & dare. Ex Cuiacio.

Lex CIII. Paulus libro primo ad Edictum.

Nemo (a) *de domo ſua extrahi debet.*

a NEmo de domo ſua &c.* Paulus lib. 1. ad Edictum ſcribit *Neminem de domo ſua extrahi debere.* Hac noſtra Regula, & *l. Sed etſi* 21. *ff. de in Ius vocando.* Tractauit eo libro de damno infe-

infecto, quo Edicto ei qui non eſt in Iure Prætor domum denunciari iubet, verecundè, vt Vlpianus, ait non extrahi eum de domo ſua, *leg. dies cautioni* 4. §. *Prætor ait ff. de damno infecto*. Quia domus ſua tutiſſimũ cuiq; refugium, atq; receptaculum ſit: Satiſq; pœnę ſubit is, qui non defenditur & latitat. Certum enim eſt, quod mittitur aduerſarius in poſſeſſionem bonorum eius. *l. plerique* 18. *l. ſatiſque* 19. *ff. de in Ius vocando*. Propriè igitur hæc noſtra Regula, vt eam Paulus primùm conceperat, ſpectabat ad cautionem, & denunciationem, quæ ad domum fiebat ex cauſa damni infecti. Sed ad Edictum generale De in Ius vocando, fuit poſteà traducta. Domum autem ſuam intellige, ſiue ſit propria, ſiue conducta, ſiue gratis quis in ea habitet. *l. lex Cornelia* 5. §. *domum ff. de Iniurijs*. Notandum eſt tamen hanc Regulam de Cauſis tantùm Ciuilibus accipiendam eſſe. Quare in Cri-
 mi-

minalibus poſſe quem de domo ſua extrahi notāt Doctores ad noſtram legem. Et etiam limitant eam in publicis Cauſis, & Fiſcalibus. Facit *leg.2. C. de exact. trib. lib.10.*

Lex CIV. Vlpianus lib. 2. ad Edictum.

Si in duabus(a) *actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponenda* (b) *eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa Iudicia, & ſi ſummam imparem habent, pro* (c) *paribus accipienda ſunt.*

a SI *in duabus actionibus &c.* Sententia huius Regulę hęc eſt: Iudicia non famoſa, quæ ſunt de ſumma maiori, maiora ſunt his quæ ſunt de ſumma minori: Iudicia famoſa maiora ſunt non famoſis, etiamſi non famoſa maioris pecuniæ ſummam contineāt. Paria ſunt famoſa inter ſe, licèt imparis ſummæ ſint. Paria autem

ſunt

ſunt non famoſa ea tantùm quæ parem ſummam habent. Text. & Cuiac. hic. Vbi etiam addit, quod effectus huius Regulæ hic eſt, vt liqueat in duabus actionibus vtra vtri ſit præponenda. Quod verbum inſertum eſt in Regula ipſa. Idque ſcitu dignum eſt propter ordinem Iudiciorum. Fit autem hæc comparatio actionum quoties ſub eodem Iudice duę concurrunt actiones, quæ communionem quandam inter ſe habent, vt contingit in Actione de Sepulcro violato, quæ infamiam irrogat, & cum pecuniaria actione concurrit, quâ rem tantùm perſequimur, *l.* 1. 3. *&* 9. *ff. de Sepulcro violato*.

b *Præponenda eſt cauſa exiſtimationis*. Ideſt, priùs inſtituenda eſt cauſa exiſtimationis. Fama enim præſtat diuitijs omnibus. Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.

c *Pro paribus accipienda ſunt*. Vt proinde vtra quis velit actione, priùs experiri poſſit.

Lex CV. Paulus libro 1. ad Edictum.

Vbicunque (a) cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur.

a **V**Bicunque *cauſæ cognitio eſt &c.* Hoc eſt, Vbi decreto opus eſt, decretum interponi debet à Prætore, vel Præſide, qui Tribunal habent, non à Iudice dato, non à Magiſtratu municipali. Vide ſupra ad *l. Omnia* 71. *ff. hoc tit.*

Lex CVI. Paulus libro 2. ad Edictum.

Libertas, (a) inæſtimabilis res eſt.

L*ibertas &c.* Libertas, inæſtimabilis res eſt. Text. hic. *l. Non eſt* 176. §. *Infinita. ff. eod.* Et ideò Si quis à procuratore ſtatus controuerſiam patiatur, in cautione, Rem ratam haberi, certa ſumma comprehendenda eſt, ne

ne aliàs nihil conſequatur liber homo, quod Libertas inæſtimabilis res ſit. *leg. Procurator* 8. §. *Si quis à procuratore*, *ff. Rem ratam haberi*.

Lex CVII. Gaius libro primo ad Edictum prouinciale.

Cum (a) *ſeruis nulla eſt actio*.

a CVm *ſeruis &c.* Seruus non eſt perſona, quæ in Ius vocari poſſit. *l.3.ff.Ne quis eum, qui in Ius &c.* Vnde verum eſt, & cum ſeruo alieno actionem non eſſe, ne ex delicto quidem, niſi poſt manumiſſionem. Actionem ordinariam ſcilicèt, extraordinaria poteſt eſſe. *Cuiac. ad l.22. ff. hoc tit.*

Lex

Lex CVIII. Paulus libro 4. ad Edictum.

Ferè in (a) omnibus pœnalibus Iudicijs & ætati, & (b) imprudentiæ ſuccurritur.

a FEre in omnibus &c. Ætati: Ideſt, Impuberibus, vel minoribus vigintiquinque annis. Et quamuis impunitas delicti propter ætatem non detur, ſi modò in ea quis ſit, in quam crimen, quod intenditur, cadere poteſt. *l. Impunitas 7. C. de pœnis.* Mitiùs tamen punitur.

b *Et imprudentiæ.* Ideſt, Imperitiæ, & Ruſticitati. Vnde ſi quis in Ius vocatus non ierit: multa damnabitur: Ruſticitati tamen hominis parcendum erit. *l. 2. ff. Si quis in Ius vocatus &c.* Item ſi quis per imperitiam, vel ruſticitatem Album Prætoris corruperit: non tenetur. *l. Si quis id quod 7. ff. de Iuriſdictione.*

Lex CIX. Paulus lib. quinto ad Edictum.

Nullum (a) *crimen patitur is qui non prohibet, cùm prohibere* (b) *non poteſt.*

a **N**Vllum *crimen patitur &c.* Ideſt, extra cauſam delicti eſt. Ad hanc noſtram legem propriè pertinere videtur *l. Quid ergo* 13. §. 1. *ff. de his, qui not. infam.* Vbi Pater, qui filiumfamilias bina ſponſalia conſtituere patitur, notatur infamia. Hoc ità ſi non prohibeat cùm prohibere poteſt; alioqui nullum crimen incurrit. Cuiacius *ad l. Culpa caret* 50. *ff. hoc tit.* In qua eſt alia Regula noſtræ ſimilis.

b *Cùm prohibere non poteſt.* Hęc eſt vulgata ſcriptura. Florentiæ legitur: Cùm prohibere poteſt. Quam lectionem defendit Iacob. Gothof. hic.

Lex CX. Paulus libro ſexto ad Edictum.

In eo (a) *quod plus ſit, ſemper ineſt, & minus.*

a IN *eo &c.* In eo quod plus eſt, ineſt & quod minus eſt, vt in maiori ſumma ineſt minor. Et ideò ſi ſtipulanti mihi decem, Tu viginti reſpondeas: eſſe cōtractam obligationem in decem, conſtat. Licèt enim oporteat congruere ſummam: attamen manifeſtum eſt, viginti & decem ineſſe. *l.* 1. §. *Si ſtipulanti ff. de verb. oblig.* Vide in meis Comment. Inſtit. *ad* §. *Præterea inutilis, de Inutil. ſtipul.* Item, ſi ex tribus arbitris vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque condemnet; quinque debent præſtari: quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt, *l. diem proferre* 22. §. *Si plures ff. de recept. arbit.*

Ad §. Nemo.

Nemo (a) *alienæ rei expromiſſor* (b) *idoneus videtur, niſi cum* (c) *ſatiſdatione.*

a *Nemo &c.* Nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur, *l. Qui proprio 46. §. Qui alium ff. de Procurator.* Nunquam locuples habetur, qui rem alienam defendit. *l. Qui rem alienam 166. ff. hoc tit.* Quod militat etiam ſi alienæ rei eſſet expromiſſor, vt in noſtra Regula. Rationem aſſignat Iacob. Goth. in hac eadem lege.

b *Expromiſſor.* Expromiſſor hoc loco eſt, qui ſuſcipit Iudiciũ nouandi cauſa.

c *Niſi cum ſatisdatione.* Iudicatum ſolui.

Ad §. Pupillus.

Pupillus (d) *pati non poſſe intelligitur.*

d *Pu-*

d *Pupillus pati &c.* Sicut pupillus non creditur velle, aut nolle, *l. Pupillus* 189. *ff. hoc tit.* Ità non intelligitur nō nolle, aut non velle, quod eſt Pati. Et ità Pati in hac Regula accipere oportet. Tacita voluntas, Patientia eſt. Patientia pupilli ſeruitutem non conſtituit. Cuiac. hic. Ideòque ſi patiente vicino pupillo, opus faciā, ex quo ei aqua pluuia noceat, teneor ego actione aquæ pluuiæ arcendæ. Facit *l. Labeo* 19. *cum l. ſeq. ff. de aqua plu. arcen.* Item ſi pupillus patiatur colonum, finito tempore conductionis, in fundo eſſe, non intelligitur ex integro locare, arg. *l. Qui ad certum* 15. *ff. Locati.* Quia pupillus pati non poſſe intelligitur, vt in hac noſtra Regula. Et generaliter obligationes, quæ ex Patientia contrahuntur, pupillum non adſtringunt, propter deficientem conſenſum.

Ad §. Vbi verba.

Vbi verba (a) *coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum.*

a *Vbi verba coniuncta non ſunt &c.* Paulus *in l. Si heredi* 5. *ff. de condit. inſtit.* Si heredi plures conditiones diſiunctim datæ ſunt, cuilibet parere ſufficit. Item Papinianus in *l. Cùm pupillus* 77. *§. vlt. ff. de condit. & demonſt.* Diſiunctiuo modo cōditionibus adſcriptis, alteram defeciſſe non oberit, alterã vel poſteà impleta. Nec intereſt, in poteſtate fuerint accipientis conditiones, an in euentum collatæ. Reuardus verò Speciem ponit ad noſtram legem ex *l. 2. §. 1. ff. ſi ex noxali cauſa agatur*, quæ deſumpta eſt ex eod. lib. 6. Pauli ad Edictum, ex quo fuit deſumpta lex noſtra. Quæ Species hæc eſt: Si abſens ſit ſeruus, pro quo noxalis actio alicui competit, ſcripſit Paulus, Dominum, in cuius eſt poteſtate, vel Iudicio eum ſiſti

pro-

promittere, vel Iudicium accipere compellendum, non autem ſimul vtrumque facere. Vbi enim verba Edicti coniuncta non ſunt, ſufficere alterutrum eſſe factum.

Ad §. Mulieribus.

Mulieribus (a) *tunc ſuccurrendum eſt cùm* (b) *defraudantur, non vt* (c) *facilius calumnientur.*

a *Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt &c.* Senatus Conſultum Velleìanum opem tulit mulieribus, quæ pro alijs interceſſerunt. Sed ità demum eis ſubuenit, ſi non callidè ſint verſatæ. Nàm deceptis, non decipientibus, opitulatur. Infirmitas enim fœminarum, non calliditas auxilium meruit, *l.* 2. §. 1. *ff. ad Senat. Conſ. Velleian.* Sed Iacob. Got. hic ait, quod Genuina huius Regulæ Species pertinet ad Edictum, De eo, per quem factum erit, quò minùs quis in Iudicio ſiſtat: & in eius interpreta-

tatione verſatur, & ad eam Quæſtionem pertinet, Vtrùm mulier, cuius facto, vel patientia factum eſt, quò minùs quis in Iudicio ſiſteret, hoc Edicto teneatur? Id quod Paulus ex ijs Edicti verbis, Dolo malo, hac Regula rectè aſſerit, propoſita generali Regula: Mulieribus tunc ſuccurrendum eſſe &c.

b *Cùm defraudantur.* In Pandectis Florentinis legitur: Cùm defendantur. Ideſt, Cùm defendendæ ſunt, cùm ab ijs vexatio, calumnia prohibenda eſt, arcenda, auertenda, depellenda.

c *Non vt facilius calumnientur.* Ideſt, non vt facilius doloſis actibus alterius Ius fruſtrentur, infringant, muliebris defenſionis obtentu, ac nominatim, ne Ius ſuum perſequentis in Iudicio deterius reddant, ſubducto fortè Reo, vel ſeruo è Iudicio, aliaue qua re. Idem Got.

Lex

Lex CXI. Gaius lib. 2. ad Edictum Prouinciale.

Pupillum, (d) qui proximus pubertati ſit, capacem (e) eſſe & furandi, & iniuriæ faciendæ.

d PVpillum, qui proximus pubertati ſit &c. Iudicis arbitrio, ac prudentia ęſtimandum eſt quis in delictis pubertati proximus dicendus ſit, neq; tàm facilè, quàm in contractibus definiendum. Vide in meis Comment, Inſtit. *ad* §. *In ſumma, de oblig. quæ ex del. naſc.*

e *Capacem eſſe*. Supple, Ait, Vel tale quidpiam. Mitiùs tamen punitur pupillus, vt notaui ſuprà ad *l. ferè in omnibus* 108. *ff. h. t.*

Ad §. In heredem.

In (f) heredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

f *In heredem &c.* Eſt certiſſima

ma Iuris Regula: Ex maleficijs pœnales actiones in heredem Rei non competere: veluti furti, vi bonorum raptorum, Iniuriarum, damni iniuriæ. §. *Non omnes autem actiones*, *Inſtit. de Perpet. & tempor. act.* Huius Regulæ explicationem videte in meis Comment. Inſtit. *ad dictum* §. *Non omnes autem actiones*.

Lex CXII. Paulus lib. 8. ad Edictum.

Nihil (a) intereſt, ipſo Iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

a NIhil intereſt &c. Nihil verò intereſt quo ad effectum principalem. Ordo tamen Iuris diuerſus eſt, cauſa quoque diuerſa. Et eodem modo nihil intereſt vtrùm ſit actio vtilis, an directa, quia vtriuſque idem eſt effectus, *l. Actio* 49. *ff. de negot. geſt.* Agendi tamen forma & cauſa

ſa diuerſa eſt. *Cuiacius ad l.* 13. *hoc tit.*

Lex CXIII. Gaius lib. 3. ad Edictum prouinciale.

In toto (b) *& pars continetur.*

b IN *toto &c.* Si quis eum totum petijſſet, partem petat, exceptio rei iudicatæ nocet. Nàm pars in toto eſt. Eadem enim res accipitur, etſi pars petatur eius quod totum petitum eſt. Nec intereſt, vtrùm in corpore hoc quæratur, an in quantitate, vel in iure. *l. Si quis cum totum* 7. *in princ. ff. de excep. rei iudic.*

Lex CXIV. Paulus libro 9. ad Edictum.

In (a) *obſcuris inſpici ſolet quod* (b) *veriſimilius eſt, aut quod* (c) *plerunque fieri ſolet.*

a IN *obſcuris &c.* In *l. Semper in obſcuris* 9. *ff. hoc tit.* dicitur, quod

quod ſemper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur. Sed ex hac noſtra lege apparet, quod in obſcuris,nō ſtatim ſequimur quod eſt minimum, ſed anteà inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. Ideòq; non malè DD.Regulam dictæ *l.9.* vocant ſubſidiariam.

b *Quod veriſimilius eſt.* Inſulam tibi vendidi, & dixi prioris anni penſionem mihi, ſequentium tibi acceſſuram, pignorumque ab inquilino datorum ius vtrunque conſecuturum. Niſi ad vtranque penſionem pignora ſufficerent, veriſimile eſt id actum, vt primam quoque penſionem pignorum cauſa ſequatur: *l. Inſulam* 14. *ff. Qui potior. in pign. hab.*

c *Aut quod plerunque fieri ſolet.* Si pactum factum ſit, in quo heredis mentio non fiat, tamen intelligitur & de herede: qnia plerunque tam heredibus noſtris, quàm nobis met ipſis cauemus, *l. Si pactum 9. ff. de Probat.*

Lex CXV. Paulus libro 10. ad Edictum.

Si quis (a) *obligatione liberatus ſit, poteſt videri* (b) *cepiſſe.*

§. *Non poteſt* (c) *videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri.*

a SI *quis obligatione &c.* In eum, qui vt calumniæ cauſa negotium faceret vel non faceret, *pecuniam* accepiſſe dicetur: intra annum in quadruplum eius pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli in factū actio competit. *Et etiam ſi quis obligatione liberatus ſit,* poteſt videri cepiſſe, *l.* 1. *&* 2. *ff. de calumniat.*

b *Cepiſſe.* Accepiſſe. Haloand.

c *Non poteſt videri accepiſſe &c.* Qui actionem quidem habet, ſed inutilem, Ideſt, eam quæ poteſt expeptione ſubmoueri, non poteſt videri accepiſſe, vt hic in tex. Contrà verò accepiſſe videtur qui actionem habet ſine exceptionis remo-

remotione: Rem enim ipſam habere videtur, *l. Is, qui actionem* 15. *ff. h. t.*

Lex CXVI. Vlpianus libro 11. ad Edictum.

Nihil (a) *conſenſui tam contrarium eſt, qui & bonæ fidei iudicia* (b) *ſuſtinet, quàm* (c) *vis atque metus: quem comprobare, contra bonos mores eſt.*

a NIhil *conſenſui &c.* Ideòque ſicut dolus, ità vis & metus dans cauſam contractui bonæ fidei vitiat contractum ipſo iure; nàm & in metu ineſt dolus. Et vt dolum comprobare contra bonos mores eſt, ità & metum. Cuiac. In ſtrictis verò Iudicijs vel actio petenda eſt pro reſtitutione in integrum, vel exceptio metus nominatim opponenda. Iacob. Got.

b *Suſtinet*. Suſtinere id rem aliquam dicitur, quo actus aliquis ità initiitur, vt eo ſubtracto, actus

ſit ipſo Iure nullus. Idem Got.

c *Quàm vis.* Lex vim paſſo ſuccurrit, & iniquum illi videtur id ratum eſſe, quod aliquis non, quia voluit pactus eſt, ſed quia coactus eſt. *Seneca. Controu. lib.*5.

Ad §. Non capitur.

Non (a) *capitur qui Ius publicum ſequitur.*

a *Non capitur &c.* Cùm, inter fideiuſſores actione diuiſa, quidam poſt litem conteſtatam ſoluendo eſſe deſierunt: ea res ad onus eius, qui ſoluendo eſt, non pertinet: nec auxilio ætatis defendetur actor. Non enim deceptus videtur, qui Iure communi vſus eſt, *l. Inter eos* 52. §. *cùm inter ff. de fideiuſſoribus. l. vlt. C. de In integr. reſtit.* Illa diuiſio actionis eſt ex Iure communi, ex Epiſtola ſcilicèt Diui Hadriani. §. *Si plures Inſtit. de fideiuſſoribus.* Quodque poſteà quidam ſoluendo eſſe deſierunt, non factum eſt

eſt vel imprudentia minoris, vel calliditate alterius, ſed infortunio quodam & fato.

Ad §. Non videntur.

Non (b) *videntur qui errant, conſentire.*

b *Non videntur &c.* Et ideò, qui per iuſtum errorem inciderunt in captionem, reſtituuntur in integrum, *l.* 1. *&* 2. *ff. de reſtit. in integr.* Et ſi per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus: nihil valebit quod actum eſt. Nec enim ferendus eſt, qui dicat conſenſiſſe eos in prætorem: cùm non conſentiant, qui errant. *l. Si per errorem.* 15. *de Iuriſdict. omnium Iudic.*

Lex CXVII. Paulus libro 11. ad Edictum.

Prætor (a) *bonorũ poſſeſſorem heredis* (b) *loco in omni* (c) *cauſa habet.*

a P*Retor &c. l. 2. ff. de bonorum poſſeſſ. l. Cum emancipatus 13. in princ. ff. de bon. poſſeſſ. contra Tab.*

b *Heredis loco*. Quos ſolus vocat Prætor ad hereditatem, heredes quidem ipſo iure non fiunt: nàm Prætor heredem facere non poteſt. per legem enim tantùm, vel ſimilẽ iuris Conſtitutionem heredes fiunt: veluti per Senatus Conſulta & Conſtitutiones Principales: ſed cùm eis Prætor dat bonorum poſſeſſionem, loco heredum conſtituuntur: & vocantur bonorum poſſeſſores. §. *Quos autem, Inſtit. de bonor. poſſeſſ.*

c *In omni cauſa*. Ideſt, ſiue agat, ſiue cum eo agatur. Cuiac.

Lex CXVIII. Vlpianus lib. 12. ad Edictum.

Qui (a) *in ſeruitute eſt, vſucapere* (b) *non poteſt: nàm cùm poſſideatur, poſſidere* (c) *non videtur.*

a QVi *in ſeruitute eſt &c. l. homo liber* 54. §. *Quidquid ff. de acquir. rer. dom.* In ſeruitute autem eſt liber qui bona fide ſeruit, ſiue detinetur. *l.* 11. *ff. ex quib. cauſ. Maior.*

b *Vſucapere non poteſt.* Ideſt, neque inchoare vſucapionem, neque cœptam implere poteſt.

c *Poſſidere non videtur.* Et ſine poſſeſſione vſucapio contingere non poteſt. *l. Sine poſſeſſione* 25. *ff. de Vſucap.*

Lex CXIX. Vlpianus lib. 14. ad Edictum.

Non (d) *alienat, qui dumtaxat omittit poſſeſſionem.*

d NOn *alienat &c.* Finge, rem habeo, cuius nomine mecum acturus eſt Titius, eam alieno, non quod rem habere nollem, ſed vt litem futuram ad alium transferrem, & actori opponerem duriorem aduerſarium: Teneor ex Edicto, de alienatione Iudicij mutandi cauſa facta, in quantum actoris intereſt duriorem aduerſarium non habuiſſe: & hoc ſi dominium, vel poſſeſſionem in alium tranſtuli. Quid ſi nihil tranſtuli in alium, ſed poſſeſſionem omiſi & deſerui? An teneor? Minimè, quia non alienaui. Neque enim alienat, qui dumtaxat omittit poſſeſſionem. *l. Item ſi res* 4. §. 1. *ff. de alienat. Iudic. mut. cau. fac. & Cuiac. ad noſtram legem.*

Lex

Lex CXX. Paulus libro 12. ad Edictum.

Nemo (a) *plus commodi heredi ſuo relinquit, quàm ipſe habuit.*

a NEmo *plus commodi &c.* Cùm miles, qui vſucapiebat, deceſſerit, & heres impleuerit vſucapionem: æquum eſt reſcindi, quod poſteà vſucaptum eſt, vt eadem in heredibus, qui in vſucapionem ſuccedunt, ſeruanda ſint: quia poſſeſſio defuncti, quaſi iuncta, deſcendit ad heredem: & plerumque, nondum hereditate adita, completur. *l. Cùm miles* 30. *ff. Ex quib. cauſ. maior. Vide Notata ſuprà ad l. Nemo plus iuris* 54. *ff. hoc tit.*

Lex CXXI. Paulus lib. 13. ad Edictum.

Qui (a) *non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit. Et qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere* (b) *iuſſus eſt.*

a QVi *non facit &c.* Pertinet hæc lex ad conſtipulationes ſiue compromiſſa, quæ fiunt in arbitrum, & ità concipiuntur, Si aduerſus ea factum erit, pœnæ nomine tot dari. *l. Ità demum* 36. *ff. de recept. arbit.* Vel etiam ſic, Si ità factum non erit, tot dari. *l. Cùm quid* 71. *l. Continuus* 147. §. *Si, vt aliquid ff. de verb. oblig.* Qui ergo non facit quod facere debet, Ideſt, qui non ſtat ſententiæ arbitrorum, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit. Ideſt, aduerſus ea, quæ facere promiſit. Et qui facit quod facere non debet: quod ſcilicèt promiſit non facere, non videtur facere id quod facere iuſſus eſt.

Quod

b *Quod facere iuſſus eſt*. Hoc reſpicit ad ſententiam arbitrorum. Cuiac. hic, quem etiam potes videre pro pleniori intelligentia huius noſtræ legis.

Lex CXXII. Gaius libro 5. ad Edictum prouinciale.

Libertas (a) *omnibus rebus fauorabilior eſt*.

a LIbertas &c. Inter pares numero Iudices, ſi diſſonæ ſententiæ proferantur: in liberalibus quidem cauſis, pro libertatibus conſtitutum, obtinet: in alijs autem cauſis pro Reo, quod & in publicis Iudicijs obtinere oportet. *l. Inter pares 38. ff. de re Iudicata*.

Lex CXXIII. Vlpianus lib. 14. ad Edictum.

Nemo (b) *alieno nomine lege* (c) *agere poteſt*.

a NEmo *alieno nomine &c.* Poteſt hæc Regula explicari ex Iure antiquo per tex. *in* §. 1. *Inſtit. de his per quos agere poſſumus*. Vbi dicitur, quod olim alterius nomine agere non licebat, niſi certis quibuſdam ex cauſis in eodem textu numeratis. Quam tamen explicationem Iacob. Gothofred. ad noſtram Regulam non admittit, & ſubſequenter etiam reprobat plures alias Doctorum Interpretationes, ac tandem nouam dat Interpretationem deſumptam ex *l. 6. & 8. ff. de Inoffic. Teſtament.* Sed quidquid ſit de hac re, forſitan non malè, vt ad hodiernum vſum fori hæc Regula accommodetur, ſic poterit explicari: Nemo alieno nomine lege agere poteſt. Hoc eſt, Nemo poteſtatem habet à le-

à lege, vt ſponte ſua, alieno nomine agat. Hoc enim regulariter verum eſt, *l. Sed & hæ* 35. *l. Pomponius* 40. §. *vlt. ff. de Procurat.*

c *Lege agere*. Lege agere, hac Regula, nihil aliud eſt quam ſolemni actione ex lege XII. Tabul. aliiſue legibus deſcendente apud Magiſtratum experiri.

Ad §. Temporaria.

Temporaria (a) *permutatio Ius Prouinciæ non innouat.*

a *Temporaria permutatio &c.* Prouinciarum aliæ erant Proconſulares, aliæ Præſidales. Si in Prouinciam Præſidalem pro neceſſitate mittatur aliquis Proconſulari Imperio ad tempus, aut Iudex extraordinarius, nō ideò Ius Prouinciæ, & poteſtas ordinariorum Iudicum innouatur. *Cuiac. hic, & Obſeruat. lib.* 24. *cap.* 2. Aliter, & plenè, hanc Regulam explicat Iacob. Goth. ad eandem.

Lex

Lex CXXIV. Paulus lib. 16. ad Edictum.

Vbi non (a) *voce, ſed præſentia opus* (b) *eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere.* Idem *in ſurdo. Hic quidem & reſpondere poteſt. Furioſus* (c) *abſentis loco eſt. Et itâ Pomponius libro primo Epiſtolarum ſcribit.*

a VBi non voce &c. In negotijs quibus præſentia opus eſt: non ſermone, mutus interuenire poteſt, dummodò intelligat quid agatur, & videtur reſpondere, & adſentiri: Idemque eſt in ſurdo, ideòque emere, vendere, locare, conducere poſſunt, quia iu his contractibus pręſentia ſufficit: Sermo non exigitur: nàm & nutu contrahi poſſunt. *l. in quiquibuſcunque* 47. *ff. de oblig. & act. l. item quia* 4. *ff. de pactis. l. qui id, quod* 34. §. *Mutus ff. de donat.* Cuiacius ad noſtram legẽ, vbi etiam ait, quod malè exiſtimat Ioannes,

quem

quem Accurſius ſequitur, hanc legem non pertinere ad contractus.

b *Sed præſentia opus eſt.* Noſtra ſcilicèt vel aliena, vel eo quod vice corporis noſtri fungatur, vt epiſtola per quā certè tanquam à præſente coram haberi ſermo videtur; ex eodem Cuiac.

c *Furioſus &c.* Furioſus non intelligitur quidquam agere: cùm per omnia, & in omnibus abſentis, vel quieſcentis loco habeatur. *l. 2. §. furioſus ff. de iure codicillorū. Vide notata ſupra ad l. 5. h. t.*

Lex CXXV. Gaius lib. 5. ad Edictum Prouinciale.

Fauorabiliores (a) *rei* (b) *potiùs quàm* (c) *actores habentur.*

a F*Auorabiliores rei &c.* Dilationes Reo dantur faciliùs quàm actori. *l. 2. C. de dilationibus, l. petendæ 6. C. de Temp. in integr. reſt.* Pluribus defenſionibus Reo vti permittitur, nō Actori plu-

pluribus actionibus. *l. nemo* 43. *ff. hoc tit.* Cùm ſunt partium Iura obſcura, Reo fauendum eſt potiùs quàm Actori. Regula, *Cùm ſunt* 11. *de reg. Iur in* 6. Actore non probante, Reus abſoluitur, etſi nihil ipſe præſtet *l. qui accuſare* 4. *C. de edendo*. Inter pares numero Iudices, ſi diſſonæ ſententiæ proferantur: in liberalibus quidem cauſis, pro libertate conſtitutum, obtinet: in alijs autem cauſis, pro Reo, quod & in publicis Iudicijs obtinere oportet. *l. Inter pares* 38. *ff. de re iudicata*.

b *Potiùs*. Abundat hæc vox.

c *Quàm actores*. In conſtituẽdo tamen, ordinandoque Iudicio, magis fauetur Actori, quàm Reo. *l. de die* 8. *ff. qui ſatisd. cog. l. ſi quis intentione* 66. *ff. de iudicijs*. *l. inter ſtipulantem* 83. §. *ſi Stichum ff. de verb. oblig.*

Lex

Lex CXXVI. Vlpianus libro 15. ad Edictum.

Nemo (a) prædo eſt qui pretium numerauit.

a NEmo prædo eſt &c. Si quis ſciens alienam emerit hereditatem: quaſi pro poſſeſſore non poſſidet, & ſic peti ab eo hereditas non poteſt. Nemo enim prædo eſt, qui pretium numerauit: Sed vt emptor vniuerſitatis, vtili tenetur. *l. Etiam ſi putauit* 15. §. *Si quis ſciens ff. de petitione hered.* Vt Prædo non tenetur,

Ad §. Locupletior.

Locupletior (a) non eſt factus, qui libertum adquiſierit.

a *Locupletior &c.* In petitione hereditatis bonæ fidei poſſeſſores in id duntaxat tenentur, in quo locupletiores facti ſunt ex ea hereditate, *leg. Sed etſi lege* 28. §. *conſuluit*

ſuluit ff. de petit. heredit. Locupletior autem non eſt factus, qui libertum adquiſierit; vt in hac noſtra Regula. Similiter Manumiſſionis gratia inter virũ, & vxorem donatio non eſt prohibita, quòd ſcilicèt nemo ex hoc fiat locupletior. *Paulus recept. Sentent. lib.* 2. *tit.*23. §.1.

Ad §. Cùm de lucro.

Cùm de lucro (b) *duorum quæritur, melior eſt* (c) *cauſa poſſidentis.*

b *Cùm de lucro duorum &c.* Vide notata ſuprà *ad legem In eo* 33. *ff. eodem.* Et nota, quòd licèt hæc Regula ſit generaliter elata de cõcurſu duorum de lucro certãtium: Tamen in ſpecie pertinet ad petitionem hereditatis, vt Eruditiores ad eamdem oſtendunt.

c *Melior eſt cauſa poſſidentis.* Cæteris paribus. *l.*128. *hoc tit.*

Lex

Lex CXXVII. Paulus libro 20. ad Edictum.

Cùm prætor (a) *in heredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit, ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.*

a CVm prætor in hæredem &c. In heredem in id, quod ad eum peruenit, actio datur non immeritò. Licèt enim pœna ad heredem non tranſeat: attamen, quod turpiter, vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium heredis non debet pertinere. Videamus ergo, ſi heres, ad quem aliquid peruenit, conſumpſerit id, quod peruenit, an deſinat teneri, an verò ſufficiat ſemel perueniſſe? Et dicendum ſufficere ſemel perueniſſe. *l. quod diximus* 16. §. *vlt.* & *l.* 17. *ff. de eo, quod met. cauſa.*

Lex CXXVIII. Paulus lib. 19. ad Edictum.

In pari (a) cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

a IN *pari &c.* Commodum poſſidendi in eo eſt, quod etiam ſi eius res non ſit, qui poſſidet, ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet ſuo loco poſſeſſio: propter quam cauſam, cùm obſcura ſunt vtriuſque iura, contra petitorem iudicari ſolet. §. *Retinendæ, Inſtit. de Interdictis*. Item ſi colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ità vt vtrique inſolidum obligatæ eſſent, ſinguli aduerſus extraneum Saluiano interdicto rectè experientur, inter ipſos verò ſi datur hoc Interdictum, propter parem ſcilicèt cauſam, poſſidentis conditio melior erit. *l.* 1. *ff. de Saluiano Interd.* Facit etiam ad noſtram Regulam *l. Militis* 37. §. *penult. ff. de milit. Teſt. & l. Cùm ſponſus* 24. *in princ. ff. de Public. in rem act.*

Lex

Ad §. Hi qui.

Hi qui (a) *in vniuerſum Ius ſuccedunt, heredis loco* (b) *habentur.*

a *Hi qui in vniuerſum &c.* Is, cui ex Trebelliano hereditas reſtituta eſt, vti poteſt Publicana. *l. Cùm ſponſus* 14. §. *Is, cui ff. de Public. in rem act.* Datur ergo Fideicommiſſario Publicana, vt heredi & cæteris ſucceſſoribus. *l. Eum, qui* 8. §. *hæc actio ff. de Public. in rem act.*

b *Heredis loco habentur.* Vt fideicommiſſarius, bonorum poſſeſſor, emptor hereditatis.

Lex CXXIX. Paulus lib. 21. ad Edictum.

Nihil (a) *dolo creditor facit, qui* (b) *ſuum recipit.*

a NIhil dolo &c. Si quis indebitam pecuniam, per errorem, iuſſu mulieris, ſponſo eius promiſiſſet, & nuptiæ ſecutæ fuiſſent:

ſent: exceptione doli mali vti non poteſt: Maritus enim ſuum negotium gerit: & nihil dolo facit, nec decipiendus eſt, Quod fit, ſi cogatur indotatam vxorem habere. Itaque aduerſus mulierem competit ei condictio, vt aut repetat ab ea, quod marito dedit: aut vt liberetur, ſi nondum ſoluerit. *l. Si donaturus 9. §. Si quis indebitam ff. de condic. cau. data &c.* Item ſi pupillus, qui patri heres extitit, vni creditorum ſoluerit, mox abſtinuerit hereditate paterna, & bona patris veneant, id quod creditori eſt ſolutum non reuocatur: Quia nullam creditor fraudem fecit, qui ſuum recepit, & ante alios creditores ſibi vigilauit. *l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. cred. l. Si non expedierit 6. ff. de bonis auct. Iud. poſſ.*

b *Suum.* Ideſt, ſibi debitum. *l. qui autem 6. §. apud Labeonem ff. quæ in fraud. cred.*

Ad

Ad §. Cùm principalis.

Cùm principalis (a) *cauſa non conſiſtit: nec ea quidem quæ ſequuntur, locum habent.*

a *Cùm principalis &c.* Pupillare Teſtamentum, pars & ſequela eſt paterni Teſtamenti: adeòut ſi patris teſtamentum nõ valeat, nec filij quidem valebit. §. *liberis autem*, *Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Seruo legato cum peculio, & alienato, vel manumiſſo, vel mortuo, legatum etiã peculij extinguitur. Nàm quæ acceſſionum locum obtinent extinguuntur, cùm principales res peremptæ fuerint. *l.* 1. & 2. *ff. de pecul. leg.* Si fundus inſtructus, vel cum inſtrumento legatus fuerit: fundo alienato, & inſtrumenti legatum extinguitur. §. *Si quis ancillas*, *verſ. Idem eſt*, *Inſtit. de leg.* Vbicunq; matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt. *l.* 3. *ff. de Iur. dot.* §. *ſi aduerſus ea*, *Inſtit. de nuptijs*. Sublata actione principali, tollitur hy-

hypothecaria. *l. fœnerator 6. ff. de naut. fœn.* Liberato Reo, liberantur fideiuſſores, *l. fideiuſſores 69. in fine ff. de fideiuſſ.* Si inutilis ſit ſtipulatio principalis, inutilis eſt & pœnalis, *l. Si homo 69. ff. de verb. oblig.* Repetitur noſtra Regula *in l. Cùm principalis 178. infra eod.* In qua tamen adijcitur, Plerunque: Nàm Regula quandoque fallit, vt in *l. Etſi is 9. C. de præd. & alijs reb. minor & in l. 2. C. de luit. pignor.*

Lex CXXX. Vlpianus lib. 18. ad Edictum.

Nunquam (a) *actiones, præſertim pœnales, de eadem* (b) *re concurrentes, alia aliam conſumit.*

a NVnquam *actiones &c. §. vlt. Inſtit. Si quadrup. pauper. &c. l. penult. ff. de oblig. & act.*

b *De eadem re concurrentes.* Ex pluribus factis. E. g. Qui hominem ſurripuit, & occidit: quia ſurripuit, furti: quia occidit, Aquilia tene-

tenetur : neq; altera harum actionum alteram conſumit. Vide *l.2. ff. de priuatis delictis*. Si ex vno facto plures ſint actiones pœnales, non omnibus vti licet, niſi priùs leuiori egeris: Nàm quod pluris in altera eſt, tunc peti poteſt. Vt ſi egeris cum raptore furti in duplum, ſupereſt actio Vi bonorum raptorum, in id quod amplius in ea eſt. *l. Si quis egerit 90. ff. de furtis. l.1. ff. de Vi bonor. raptorum.*

Lex CXXXI. Paulus libro 22. ad Edictum.

Qui dolo (a) *deſijt poſſidere, pro poſſidente* (b) *damnatur: quia pro poſſeſſore dolus eſt.*

a QVi dolo &c. Si bonæ fidei poſſeſſor eum ſeruum, quem bona fide poſſidebat, dimiſetit, ne agi cum eo ex noxali cauſa poſſit: Paulus ait obligari eum actione, quæ datur aduerſus eos, qui ſeruum in poteſta-

te habeant, aut dolo fecerint, quò minus haberent: quia per hoc adhuc poſſidere videntur. *l. ſi bonæ fidei* 12. *ff. de noxal. act.* Et ad noxales actiones,de quibus egit Paulus lib.22. ad Edictum, propriè noſtra lex reſpicit: Regula tamen aliàs latiſſimè patet; nàm & in petitione hereditatis ei locus eſt. *l. Sed etſi lege* 28. §. *Perinde inquit ff. de pet. hered.*& in rei vindicatione, *l. ſin autem* 28. §. *Sed & is ff. de rei vindic.* & in actione ad exhibendũ. *l. Iulianus* 9. *ff. ad exhibendum*, & in Interdictis, *l.*1. *ff. quorum bonorum*, *l.*1. §. *quod ait Prætor ff. quor. legat. l. ſemper* 15. §. *Eum autem ff. quodvi aut clàm. l.*3. §. *ſi quis dolo ff. de Tabul. exhib. l.*1. *ff. de liber. exhib. l.*2. §. *Hoc interdictum locum habet ff. Ne quid in loco publico.*

b *Pro poſſidente damnatur.* Non quidem directa, ſed vtili actione, *l. Electio* 16. §. *Si is, quem ff. de noxal. act.* Dolus enim deſinentis poſſidere, alteri non debet nocere, dicta *l. Electio* 16. §. *vltim. Et*

facit

facit infrà eod. l. parem 150. *& l. ad ea* 157. §.1.

Lex CXXXII. Gaius lib.7. ad Edictum prouinciale.

Imperitia (a) *culpæ adnumeratur*.

a IMperitia &c. In lege Aquilia Imperitia culpæ adnumeratur, veluti ſi medicus ideò ſeruum tuum occiderit, quòd eum malè ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. §. *Imperitia, Inſtit. de lege Aquilia*. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuerit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio, & conſequenter lege Aquilia tenetur. §. *Impetu quoque, Inſtit. de lege Aquilia*. Celſus etiam Imperitiam culpę annumerandam lib.8. Digeſtorum ſcripſit, puta, ſi quis ſarciendum quid, poliendumve conduxit: culpam eum præſtare debere: & quòd imperitia peccauit, culpam eſſe:

quippe vt artifex (inquit) conduxit. *l. Si quis fundum* 10. §. *Celſus etiam ff. locati, & conducti*. *Facit etiam l. ſi ſeruus* 27. §. *Si calicem ff. ad leg. Aquil.*

Lex CXXXIII. Gaius lib.8. ad Edictum prouinciale.

Melior conditio (a) *noſtra per ſeruos fieri poteſt*: *deterior* (b) *fieri non poteſt*.

a MElior *conditio noſtra &c.* Siue quid ſerui noſtri ex traditione nanciſcantur, ſiue quid ſtipulentur, ſiue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia cauſa adquirant: Hoc nobis & ignorantibus, & inuitis obuenit. §. *Item nobis*, *Inſt. per quas perſ. nob. adquir.*

b *Deterior fieri non poteſt*. Deterior conditio noſtra per ſeruos fieri non poteſt, *l. Seruus tuus* 33. *ff. depoſiti*. *l.* 3. *C. de pactis*, Paciſcendo ſcilicet, vel contrahendo, vel ius iurandum deferendo,

do, vt in dictis legibus, iuncta *l. quanto magis* 24 *ff. de iureiurando.* Delinquendo tamen ſeruus domini conditionem deteriorem facere poteſt. Eum enim dominus noxæ dedere compellitur, aut litis æſtimationem ſufferre. *princ. Tit. Inſtit. de noxal. act. l.*1. §. *quod ergo ff. de Vi, & vi armata.*

Lex CXXXIV. Vlpianus lib. 21. ad Edictum.

Non fraudantur (a) *creditores, cùm quid non acquiritur à debitore: ſed cùm quid de bonis deminuitur.*

a NOn *fraudantur creditores &c.* Edictum de ijs, quæ in fraudem creditorum facta ſunt, pertinet ad deminuentes patrimonium ſuum: non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur. Proinde qui repudiauit hereditatem: non eſt in ea cauſa, vt huic Edicto locum faciat. Noluit enim adquirere, non ſuum patrimonium de-

minuit. *leg. qui autem 6. ff. quæ in fraud. cred.* Ex qua lege plura exẽpla poni poſſunt ad ſententiam noſtræ Regulæ.

Ad §. Nemo.

Nemo (b) *ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.*

b *Nemo ex ſuo delicto &c.* Si vir vxorem ſuam occiderit: dotis actionem heredibus vxoris dandam eſſe, Proculus ait, & rectè. Non enim æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucri facere. *l. Si ab hoſtibus 11. §. Si vir ff. ſoluto matrimonio.*

Lex CXXXV. Paulus lib. 23. ad Edictum.

Ea quæ (a) *dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.*

a EA *quæ dari &c.* Dari impoſſibile eſt liberum hominẽ. In

In rerum natura non eſt hippocē-
taurus. Si ergo ità ſtipulatus fue-
ro, Te ſiſti: &, niſi ſtiteris, aliquid
dari, quod promittenti impoſſibi-
le eſt: detracta ſecunda ſtipulatio-
ne, prior manet vtilis: & perinde
erit, ac ſi te ſiſti ſtipulatus eſſem.
*l. Si ità ſtipulatus 126. §. vlt. ff. de
verb. oblig.* Item ſi ità ſtipulatus
fuero, Te ſiſti: &, niſi ſtiteris.
hippocentaurum dari? perinde
erit, atque ſi te ſiſti ſolummodò
ſtipulatus eſſem. *l. ſi ità ſtipulatus
97. ff. de verb. oblig.*

Lex CXXXVI. Paulus lib. 18. ad Edictum.

Bona fides (a) tantundem poſſidènti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

a Bona fides &c. Vt domino datur rei vindicatio, ſic & bonæ fidei poſſeſſori Publiciana, in ijs ſcilicèt quæ vſucapi poſſunt, vel in ijs quæ vſucapi non

poſſunt, longo tamen tempore adquiri poſſunt. *l. cùm ſponſus* 14. §. *In vectigalibus ff. de Public. in rem act.* In alijs quæ adquiri tempore non poſſunt, Publiciana locum non habet, vt in re furtiua, quia lex duodecim Tabularum impedimento eſt, *l. ſiue autem* 11. §. *Hæc actio, & d. l. cum ſponſus* 14. §. *ſi res ff. de Public. in rem act.* Et hoc eſt quod textus noſter ait: Quoties lex impedimento non eſt. Ex Cuiacio.

Lex CXXXVII. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Qui (a) *auctore* (b) *Iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.*

a QVi *auctore Iudice*. Si non ſit vnde funeretur Teſtator, ad res quoq; legatas manum mittere oportet Iudice auctore. Et quamuis adita fuerit poſteà hereditas: res emptori auferenda nō eſt: quia bonę fidei poſſeſſor

ſeſſor eſt, & dominium habet, qui auctore Iudice comparauit. *l. Et ſi quis 14. §. Sed & ſi res ff. de relig. & ſumpt. funer.*

b *Auctore Iudice.* Ideſt, ex decreto Iudicis.

Lex CXXXVIII. Paulus libro 27. ad Edictum.

Omnis (a) *hereditas quamuis poſteà adeatur, tamen cum* (b) *tempore mortis continuatur.*

a OMnis *hereditas &c.* Heres, quandocunque hereditatem adeundo, iàm tunc à morte ſucceſſiſſe defuncto intelligitur. *leg. heres 54. ff. de acquir. hered. Idem tradit Celſus in l. omnia 193. ff. h.t.* Omnia ferè iura heredum perindè habentur, ac ſi continuò ſub tempus mortis heredes extitiſſent. Et in ea lege à Celſo additur articulus, ferè, Nàm ſi ſeruus hereditarius ſtipulatus ſit vſumfructum heredi futuro: non valet ſtipulatio

propterea quod in ſtipulationibus tempus contractus ſpectatur : quo tempore non fuit perſona cui vſusfructus adhęreret. Ex Cuiac. ad noſtram legem.

b *Tamen cum tempore mortis cõtinuatur*. Illud quæſitum eſt, an heredi futuro ſeruus hereditarius ſtipulari poſſit? Proculus negauit: quia is eo tempore extraneus eſt. Caſſius reſpondit, poſſe; quia qui poſtea heres extitit, videtur ex mortis tempore defuncto ſucceſſiſſe. *l. Si ex re* 28. §. *illud quæſitum eſt ff. de ſtipul. ſeru.*

Ad §. Nunquam.

Nunquam creſcit (a) *ex poſt facto præteriti delicti* (b) *æſtimatio*.

a *Nunquam creſcit &c.* Si quis chirographum ſubripuit, priùs quàm deleat: tanti tenetur actione furti, quanti domini interfuit, non ſubripi. Delendo enim, nihil ad pœnam adijcit. *l. Sed ſi ſub-*

ripuit

ripuit 28. *ff. de furtis*. Sic ei, qui furti actionem habet, aſſidua contrectatione furis, non magis furti actio naſci poteſt. *l. ei qui* 9. *ff. de furtis*. Pro reſponſione ad ea, quæ à Doctoribus obijciuntur contra noſtram Regulam, potes videre Iacob. Goth. in Commentarijs ad eamdem.

b *Præteriti delicti*. Priuati ſcilicèt. In priuatis igitur delictis, ex poſt facto non creſcit præteriti delicti æſtimatio: Quamuis aliàs eius, quod ex poſt facto euenit, ſæpè in iure ratio habeatur. Ex eodem Goth.

Lex CXXXIX. Gaius libro ad Edictum Prætoris vrbani.

Omnes (a) *actiones, quæ morte* (b) *aut tempore pereunt ſemel incluſæ* (c) *iudicio, ſaluæ permanent*.

a OMnes *actiones &c.* Facit *l. omnes* 25. *ff. de oblig. & act.* Vide ea, quæ dixi in meis Com-

ment. Inſt. *ad* §. *Non omnes autem actiones, de perpet. & temp. act.*

b *Quæ morte aut tempore pereũt.* Morte, veluti furti, damni iniuriæ, iniuriarumque atrocium. Tempore, veluti ſi actionis dies exiturus eſt. *l.3. ff. de ferijs.*

c *Semel incluſæ iudicio &c.* Poſt litem conteſtatam heredi quoque proſpicitur, & heres tenetur ex omnibus cauſis. *l. Nemo* 87. *ff. h.t.* Et actio temporalis perpetua efficitur, & in annos quadraginta, perpetuatur per litis conteſtationem. *l. vlt. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *an.*

Ad §. Non videtur.

Non videtur (a) perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt.

a *Non videtur perfectè &c.* Ideòque Si is, cui mortis cauſa ſeruus donatus eſt, eum manumiſit: tenetur condictione in pretium ſerui: quoniam ſcit id poſſe ſibi con-

condici, ſi conualuerit donator. *l. Si is, cui 39. ff. de mort. cauſ. donat.* Item ſi ſeruum ſub conditione legatum heres alienauerit, deinde conditio extiterit: poteſt Legatarius eum vindicare. *l. Seruo legato 72, §. 1. ff. de legatis 1.*

Lex CXL. Vlpianus lib. 56. ad Edictum.

Abſentia (a) *eius qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei,* (b) *neque alij damnoſa eſſe debet.*

a ABſentia eius &c. Si quis igitur rem eius, qui Reipublicæ cauſa abeſſet, vſuceperit; poterit dominus intra annum vtilem poſtquam reuerſus fuerit, reſciſſa vſucapione, eam rem petere. Et ex diuerſo, Si quis, cum Reipublicæ cauſa abeſſet, rem eius, qui in Ciuitate eſſet, vſuceperit: permittitur domino intra annum vtilem poſtquam poſſeſſor reuerſus fuerit, reſciſſa vſucapione,

ne, eam rem petere. §. *Rurſus ex diuerſo, Inſtit. de actionibus, l* 1. *ff. Ex quib. cauſ. maior. Et Iuſtinianus in l. vlt. C. de temp. in integ. reſtit.* In locum anni vtilis ſubſtituit quadriennium continuum.

b *Neque ei, neque alij &c.* Ne cui officium publicum, vel damno, vel compendio ſit. *l. Videlicet* 29. *ff. Ex quib. cauſ. maior.*

Lex CXLI. Paulus libro 54. ad Edictum.

Quod contra (a) *rationem Iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia.*

a Q*Vod contra rationem Iuris &c. l. quod verò* 14. *ff. de legibus. l. quæ propter* 162. *ff. hoc tit.* Contra rationem Iuris receptum dicimus, quod Iure ſingulari benignè receptum eſt neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa. Hoc non eſt producendum ad conſequentia. Ideſt, ad ſimilia exempla.

pla. Si ergo emptam rem mihi, procurator, ignorante me, meo nomine adprehenderit: quamuis poſſideam, eam non vſucapiam: quia, vt ignorantes vſucapiamus, in peculiaribus tantùm rebus receptum eſt. *l.* 2. *ff. Pro ſoluto*. Item fideicommiſſaria libertas à filio poſt certam ætatem eius data, ſi ad eam puer non peruenit, ab herede filij prȩſtituta die debetur. Quam ſententiam iure ſingulari receptam, ad cætera fideicommiſſa relicta porrigi, non placuit. *l. fideicommiſſaria* 23. §. *Etiam fideicommiſſaria ff. de fideicommiſſ. libert.*

Ad §. Vni.

Vni duo (a) *pro ſolido heredes eſſe non poſſunt*.

a *Vni duo pro ſolido &c.* Heredes ſunt domini. Dominium duorum in ſolidum eſſe non poteſt. *l. Si vt certo* 5. §. *ſi duobus ff. commodati*.

Lex

Lex CXLII. Paulus libro 56. ad Edictum.

Qui (b) *tacet, nan vtique* (c) *fatetur, ſed tamen verum eſt eum non negare.*

b Qvi *tacet &c.* Tacere eſt medium quodammodò inter fateri, & negare. Ideòque non ſtatim qui tacet cenſendus eſt fateri : neque etiam negare. Tunc antem fateri cenſetur, ſi taceat per contumaciam. Veluti ſi interrogatus à Prætore, vel ab aduerſario, ſuperintendente Prætore, taceat. Vbi enim æquitas ſuadet, reſpondere cogitur, *l. Si defenſor* 10. §. *Illud quæritur ff. de Interrog. act.* Et taciturnitas eius, qui interrogatus tenetur reſpondere, confeſſionis genus eſt. Aliud erit ſi non teneatur reſpondere. Tunc enim qui tacet, neque fateri intelligitur, neque etiam negare, vt in hac noſtra Regula.

c *Non vtique fatetur.* Propriè enim

enim loquendo, Taciturnitas neque confeſſio eſt, neque negatio.

Lex CXLIII. Vlpianus lib. 62. ad Edictum.

Quod ipſis (a) *qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus* (b) *eorum obſtabit.*

a QVod ipſis &c. Non enim debet quis melioris conditionis eſſe, quàm auctor ſuus, à quo Ius in eũ tranſijt. *l. In his* 175. §. *non debeo ff. hoc tit.* Ideòque heres vſucapere non poterit, quod defunctus ſciens alienum, vel precario poſſedit. *l. Cum heres* 11. *ff. de diuerſ. temp. præſcrip. Facit leg. apud Celſum* 4. §. *de auctoris ff. de dol.* mal. *& met. except.* Vbi dicitur, quod æquiſſimum viſum eſt eum, qui ex perſona auctoris vtitur acceſſione, pati dolum auctoris. Faciunt etiam notata ſupra ad *l. Nemo plus commodi* 120. *ff. hoc tit.*

b *Et*

b *Et ſucceſſoribus eorum obſtabit*. Qui tamen non Iuris vniuerſi, ſed rei ſunt ſucceſſores, vt ſunt emptores, donatarij, legatarij, non ſuccedunt in vitia auctoris, *l. An vitium* 5. *ff. de diuerſ. temp. præſcrip.* Ideòque vſucapere poterit bonę fidei emptor rem non vitioſam, quam propter malam fidem non potuiſſet vſucapere venditor § *quod autem Inſtit. de vſucap.* Sed hodie malæ fidei poſſeſſore alienante, ceſſat longi temporis pręſcriptio, ſi verus dominus ignorat, & ius ſuum, & alienationem factam. Spectatur ergo triginta annorum defenſio. *A. vt ſponſal. larg. &c. collat.* 9. *cap.* 7. *A. malæ fidei C. de præſcript. longi temp.*

Lex CXLIV. Vlpianus lib. 62. ad Edictum.

Non (a) *omne quod licet, honeſtum eſt.*

a NOn *omne quod licet &c.* Cõſtat, nec ſponſam filij, nurum

rum eſſe, nec patris ſponſam, nouercam eſſe: rectius tamen, & iure facturos eos, qui ab huiuſmodi nuptijs abſtinuerint. Nàm ſemper in coniunctionibus, non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit. Non enim omne quod licet, honeſtum eſt. Textus hic, iuncto. §. *Si vxor, Inſtit. de nuptijs, & l. Semper in coniunctionibus* 197. *ff. hoc tit.*

Ad §. In ſtipulationibus.

In ſtipulationibus (a) *id tempus ſpectatur, quo contrahimus.*

a. *In ſtipulationibus &c.* Si filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio cōpetit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus. *l. Si filiusfamilias* 78. *ff. de verb. oblig.* Vide notata ſupra ad *l. Quæ legata* 18. *præſertim in fine ff. hoc tit.*

Lex

Lex CXLV. Vlpianus lib. 66. ad Edictum.

Nemo (b) *videtur fraudare eos qui ſciunt, & conſentiunt.*

a NEmo *videtur &c.* Illud ſciẽdũ eſt, eum, qui conſcentientibus creditoribus aliquid à fraudatore vel emit, vel ſtipulatus eſt, vel quid aliud contraxit: non videri in fraudem creditorum feciſſe. Nemo enim videtur fraudare eos qui ſciunt, & conſentiunt. *l. qui autem 6. §. Prætereà ff. quæ in fraud. cred. Facit Regula ſcienti 27. de Reg. Iur. in 6.* Scienti, & conſentienti nõ fit iniuria, neq;dolus.

Lex CXLVI. Paulus libro 62. ad Edictum.

Quod(a)*quis, dum ſeruus eſt,*(b)*egit,* (c) *proficere libero facto non poteſt.*

a QVod *quis &c.* Si ſeruus cum creditoribus hereditarijs, vt

vt minus ſoluatur, paciſcatur, priuſquàm libertatem, & hereditatem adipiſcatur (quia ſub conditione ſcriptus fuerat heres) non profuturum pactum, Vindius ſcribit. *leg. Iuris gentium 7. §. Si ante aditam ff. de Pactis.*

b *Egit*. Contraxit, vel pactus fuit.

c *Proficere*. Vel nocere. *l. 1. & ſeq. C. An ſeruus ex ſuo facto &c.*

Lex CXLVII. Gaius libro 24. ad Edictum prouinciale.

Semper (d) *ſpecialia generalibus inſunt.*

a SEmper *ſpecialia &c.* Species ineſt ſuo generi. Vt contractui ineſt emptio, locatio &c. Quidquid igitur diſpoſitum eſt de genere, idem intelligimus de omni ſpecie quoque eiuſdem generis ordinatum.

Lex CXLVIII. Paulus lib. 16. breuis Edicti.

Cuius effectus (a) *omnibus prodeſt, eius & partes ad omnes pertinent.*

a CVius *effectus &c.* Creditore vno miſſo in poſſeſſionem, rei ſeruandæ cauſa, vel poſſidere iuſſo, huius rei effectus prodeſt omnibus creditotibus, nàm poſſidere videtut non ſibi tantùm, ſed alijs quoque omnibus creditoribus, *l. Cùm vnus* 12. *ff. de bonis auct. iud. poſſid. l. Is, cui* 5. §. *Alia cauſa ff. Vt in poſſeſſ. legat.* Et quidquid ex ea re percepit, communicatur alijs creditoribus. *l. Prætor ait* 9. *l. Creditore* 14. §. *vlt. ff. de bonis auctor. Iud. poſſid.* Impenſæ etiàm pertinere ad omnes debent, quia commune negotium geſſit, dicta *l. Prætor ait* 9. §. *Generaliter*. Ex Cuiac. Si videre deſideras varias Doctorum Interpretationes huius noſtræ Regulæ, vide Iacob: Gothof. ad eamdem.

Lex

Lex CIL. Vlpianus libro 67. ad Edictum.

Ex qua (a) *perſona quis lucrum capit, eius factum*(b) *præſtare debet.*

a E*X qua perſona &c.* Varias ſpecies ad hanc Regulam non pertinētes hic Interpretes cumulant, quas refert & reprobat Iacob. Goth. ad eamdem, ac duas ſpecies ponit *ex l.1. ff. quor. bon. & ex l.1. ff. quor. legat.* ad qnas hanc Regulam referēdam eſſe affirmat: Sunt enim dictæ leges ex eodem Vlpiani libro 67. ad Edictum deſumptæ, ex quo deſumpta eſt lex noſtra. Finge, pro herede, vel pro poſſeſſore aliquem bona hereditaria poſſidere: Vel filiumfamilias legatum ſibi propria auctoritate occupaſſe. Sanè & heres poſſeſſoris pro herede, vel pro poſſeſſore, & pater filij nomine, Interdicto quorum bonorum, & quorum legatorum tenentur, vt ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum

ctum præſtet, vt in noſtra Regula.

b *Eius factum præſtare debet*. In ea ſcilicet re ex qua lucrum capit.

Lex CI Vlpianus libro 68. ad Edictum.

Parem eſſe (a) conditionem oportet eius qui quid poſſideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum ſit, quò minùs poſſideret; vel haberet.

a P*Arem eſſe &c.* Interdictum, Ne quid in loco publico, vel itinere fiat, locum habet etiam aduerſus eum, qui dolo malo fecit, quò minùs poſſideret, vel haberet. Etenim parem eſſe conditionem oportet eius, qui quid poſſideat, vel habeat, atque eius, cuius dolo malo factum ſit, quò minùs poſſideret, vel haberet. *l.* 2. §. *Hoc Interdictum locum habet ff. Ne quid in loco publico &c.* Ad hoc igitur Interdictum nominatim refe-

referenda eſt hæc noſtra Regula: quæ tamen aliàs latiſſimè patet. Vide notata ſupra ad *l. qui dolo* 131. *ff. hoc tit.*

Lex CLI. Paulus libro 64. ad Edictum.

Nemo damnum (b) *facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet.*

a NEmo damnum facit &c. Propriè hęc Regula, ſicut ſuperior, pertinet ad Interdictum, Ne quid in loco publico &c. vt conſtat ex *l. 2. in princ. ff. Ne quid in loco publico &c.* Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur: præterquàm quod Iure tibi conceſſum eſt.

Lex CLII. Vlpianus libro 69. ad Edictum.

Hoc iure (a) *vtimur, vt quidquid omninò per vim fiat, aut in vis*

(b) *publicæ, aut priuatæ crimen incidat.*

a H*Oc iure vtimur &c.* Pertinet hæc lex ad interdictũ Vnde vi. Ne quid tamen per vim admittatur, non tantùm interdicto, Vnde vi, ſed etiam lege Iulia de vi publica, & priuata proſpicitur, nec non & Conſtitutionibus Principum, *l.* 1. §. *ne quid autem ff. de vi, & de vi armata.* Qua de re ſufficienter dixi in meis Cōment. Inſtit. *ad* §. *Recuperandæ, tit. de Interdictis.*

b *Aut in vis publicæ, aut priuatæ &c.* Nàm omnis vis, aut publica eſt, aut priuata. Vis cum armis facta, publica nominatur, quia ſolius Reipublicæ eſt armis vti, qua de cauſa, qui ea vi vtitur, quæ ſolius Reipublicæ propria eſt, publicam vim facere dicitur. Sed vt dicatur vis priuata, non ſufficit eam factam eſſe ſine armis, ſed inſuper opus eſt, vt facta ſit à perſona priuata contra

per-

perſonam priuatam ſine violatione Iuris publici, vt notaui in meis Comment. Inſtit ad §. *Item lex Iulia de vi, de publicis Iudicijs*. Vbi etiam dixi de pœna huiuſmodi criminis.

Ad §. Deijcit.

Deijcit (a) *& qui mandat*.

a *Deijcit &c.* Pertinet & hæc Regula ad interdictum Vnde vi. Deieciſſe etiam is videtur, qui mãndauit, vel iuſſit, vt aliquis deijceretur. Parui enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis deijciat, an verò per alium. *l*. 1. §. *deieciſſe ff. de vi, & vi armata*.

Ad §. In maleficio.

In maleficio (b) *ratihabitio mandato comparatur*.

b *In maleficio &c.* Hæc quoq; Regula pertinet ad interdictum

Vnde vi. Si quod alius deiecit, ratum habuero: ſunt qui putent videri me deieciſſe, interdictoque iſto teneri. Et hoc verum eſt. Rectiùs enim dicitur, in maleficio ratihabitionem mandato comparari. *l.* 1. §. *Sed & ſi ff. de vi, & de vi arm.* Videlicèt ſi meo nomine quid commiſſum ſit in rem meam. *Cuiac. ad l. Semper* 60. *ff. hoc tit.*

Ad §. In contractibus.

In contractibus, (a) quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.

a *In contractibus &c.* Vlpianus libro 69. ad Edictum, tractans de interdicto Vnde vi, differentiam hanc inter contractus, & delicta propoſuerat: Ex facinoribus defunctorum heredes teneri de eo quod ad eos peruenit. *l.* 3. *ff. de vi, & vi arm.* Ex contractibus in ſolidum, etiam ſi eis doli præſtatio inſit. *l. ex depoſiti* 11. *ff. de oblig. & act.*

& act. Et generaliter in contractibus, quibus doli præſtatio ineſt, vel bona fides, teneri heredem in ſolidum, repetitur in hoc noſtro §. Habet tamen hæc Regula quaſdam exceptiones, quas ponit Cuiacius *ad l. Sicuti pœna 38. in fine ff. hoc tit.*

Lex CLIII. Paulus libro 65. ad Edictum.

Ferè quibuſcunque (a) *modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cùm quibus modis adquirimus, hiſdem in cõtrarium actis amittimus. Vt igitur* (b) *nulla poſſeſſio adquiri niſi animo, & corpore poteſt: ità nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.*

a FEre quibuſcunque modis &c. Nihil enim tam naturale eſt, quàm eo genere quidquid diſſoluere, quo colligatum eſt: ideò verborum obligatio verbis tolli-

 tur:

Vnde vi. Si quod alius deiecit, ratum habuero: ſunt qui putent videri me deieciſſe, interdictoque iſto teneri. Et hoc verum eſt. Rectiùs enim dicitur, in maleficio ratihabitionem mandato comparari. l. 1. §. *Sed & ſi ff. de vi, & de vi arm.* Videlicèt ſi meo nomine quid commiſſum ſit in rem meam. *Cuiac. ad l. Semper 60. ff. hoc tit.*

Ad §. In contractibus.

In contractibus, (a) quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.

a *In contractibus &c.* Vlpianus libro 69. ad Edictum, tractans de interdicto Vnde vi, differentiam hanc inter contractus, & delicta propoſuerat: Ex facinoribus defunctorum heredes teneri de eo quod ad eos peruenit. *l. 3. ff. de vi, & vi arm.* Ex contractibus in ſolidum, etiam ſi eis doli præſtatio inſit. *l. ex depoſiti 11. ff. de oblig. & act.*

& act. Et generaliter in contra-ctibus, quibus doli præſtatio in-eſt, vel bona fides, teneri heredem in ſolidum, repetitur in hoc no-ſtro §. Habet tamen hæc Regula quaſdam exceptiones, quas ponit Cuiacius *ad l. Sicuti pæna 38. in fi-ne ff. hoc tit.*

Lex CLIII. Paulus libro 65. ad Edictum.

Ferè quibuſcunque (a) *modis obliga-mur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cùm quibus modis ad-quirimus, hiſdem in cõtrarium actis amittimus. Vt igitur* (b) *nulla poſſeſſio adquiri niſi animo, & cor-pore poteſt: ità nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.*

a FEre quibuſcunque modis &c. Nihil enim tam naturale eſt, quàm eo genere quidquid diſ-ſoluere, quo colligatum eſt: ideò verborum obligatio verbis tolli-

tur: nudi conſenſus obligatio cõtrario conſenſu diſſoluitur. *l. Nihil tam naturale* 35. *ff. hoc tit. Vbi de hac re plura notaui*. Repeti autem debet hæc particula (ferè) in ſeq. verſ. Vt igitur. Quo enim modo poſſeſſionẽ alicuius rei acquirere poſſumus, non prorſus eodem modo eam habere deſinimus. Nàm corpus, & animus requiritur in acquirenda poſſeſſione, at ſolus animus ſufficit in amittenda. *l.3. in princ. & in §. in amittenda ff. de acquir. vel amitt. poſſ. Vide Scholion apud Harmenop lib.2. tit.1.*

b *Vt igitur nulla poſſeſſio &c. l. quemadmodum* 8. *ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* Adipiſcimur poſſeſſionem corpore, & animo: neque per ſe animo, aut per ſe corpore, *l. poſſideri* 3. *in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Retinemus poſſeſſionem animo quoque ſolo. §. *Poſſidere Inſt. de interdictis. l. quamuis* 46. *ff. acquir vel amitt. poſſeſſ.* Amittimus poſſeſſionem animo, & corpore. Corpore ſolo poſſeſſio

non

non amittitur, retinetur enim ſolo animo, vt dictũ eſt. Amitti tamen & animo ſolo poteſt. *dicta l.3. §. in amittenda ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Animaduertendum eſt igitur, quod in noſtra Regula hoc ſolùm adſeritur, vt ſicut ſolo corpore non ſufficit apprehendere poſſeſſionem, ſed & animus deſideratur adquirendæ poſſeſſionis, ità corpore ſolo diſcedere non ſatis eſt vt amittatur, ſed & animus exigitur. Cuiac. *ad l. Nihil tam naturale 35. ff. de Reg. Iur.*

Lex CLIV. Vlpianus libro 60. ad Edictum.

Cùm par (a) *delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit cùm* (b) *de dolo excipitur petitoris. Neque enim datur talis replicatio petitori, Aut ſi* (c) *rei quoque in ea re dolo actum ſit.*

§. *Illi debet* (d) *permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.*

 a *Cùm*

a CVm par delictum &c. Oſtlius putat locum Edicto, ne quis eum, qui in Ius vocabitur, vi eximat, non eſſe, ſi perſona; quæ in Ius vocari non potuit, exēpta eſt: veluti parens, patronus, cæteræque perſonæ. Nàm cùm vterque contra Edictum faciat, & libertus, qui patronum vocat, & is, qui patronum vi eximit, deteriore tamen loco libertus eſt, qui in ſimili delicto petitoris partes ſuſtinet. *l.1. & 2. ff. ne quis eum, qui in Ius &c.*

b *Sicut ſit cum de dolo excipitur &c.* Aduerſus doli exceptionem nō datur replicatio doli. Iniquum enim eſt communem malitiam petitori quidem præmio eſſe; ei verò, cum quo agitur, pœnæ eſſe: cùm longè æquius ſit, ex eo quod perfidè geſtum eſt, actorem nihil conſequi. *l. apud Celſum 4. §. Marcellus ait ff. de dol.mal.& met.excep.*

c *Aut ſi rei.* Nonnulli cum negatione legunt: Aut ſi non rei.

d *Illi debet permitti &c.* Si ſtipula-

pulator dolo promiſſoris, & promiſſor dolo ſtipulatoris impeditus fuit, quo minùs ad Iudicium veniret: neutri eorum Prętor ſuccurrere debebit, ab vtraque parte dolum dolo compenſando. *l. vlt.* §. *penult. ff. de eo per quem factum erit.* Similiter Periniquum videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat. *l. ſi vxor* 13. §. *Iudex adulterij ff. ad l. Iul. de adult.*

Lex CLV. Paulus libro 65. ad Edictum.

Factum (e) *cuique ſuum, non aduerſario nocere debet.*

e FActum cuique ſuum &c. Si proprietarius deiecerit fructuarium ab Vſufructu, atque ob id fructuarios conſtituto tempore non vſus perdiderit Ius ſuum: Cogendus erit proprietarius Vſumfructum iterum conſtituere. *l. Si plures* 9. §. *vlt. ff. de vi, & de vi arm.*

Quia factum cuique ſuum, non aduerſario nocere debet, vt in noſtra Regula. Item ſi Reus dolo actoris non ſteterit, habebit exceptionem, ſi ex ſtipulatu conueniatur de pœna, quòd ad Iudicium non venerit. *l.* 1. §. *ſi reus ff de eo per quem factum erit*. Quia factum cuique ſuum &c.

Ad §. Non videtur.

Non videtur (a) *vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.*

a *Non videtur vim facere, &c.* Facit *l.* 12. *in fine ff. de vi, & de vi arm.* Vbi habetur Colonum, qui propter iuſtam & probabilem cauſam, emptori poſſeſſionem fundi non tradidit, interdicto Vnde vi locatori obſtrictum non fore. Item *l.* 3. *C. de pignoribus*, vbi dicitur, quod Creditores, qui non reddita ſibi pecunia, ex conuentionis lege, rei pignoratæ poſſeſſionem in-

ingrediuntur propria auctoritate, vim facere non videntur.

Ad §. In pœnalibus.

In pœnalibus (a) *cauſis benigniùs interpretandum eſt*.

a *In pœnalibus cauſis &c.* Si Præſes, vel Iudex ità interlocutus ſit, Vim feciſti: Et crimina vtriuſque legis Iuliæ publicorum, & priuatorum obiecta ſint: mitior lex, ideſt, priuatorum, erit ſequenda. *l. ſi Præſes* 32. *ff. de pœnis*.

Lex CLVI. Vlpianus lib. 70. ad Edictum.

Inuitus nemo (b) *rem cogitur defendere*.

a INuitus nemo &c. Pertinet hæc lex ad Interdicta, & eius principium hoc dicit: Interdicto conuentus rei alicuius nomine, Inuitus non cogitur eam rem de-

ſendere. Facit *l. vlt. ff. de rei vindic.* Vbi dicitur, quod in rem actionem pati non compellimur: quia licet alicui dicere,ſe non poſſidere: ità tamen vt ſi poſſit aduerſarius conuincere, rem ab aduerſario poſſideri: transferat ad ſe poſſeſſionem per Iudicem, licèt ſuam eſſe non probauerit.

Ad §. Cui damus.

Cui damus (a) *actionem, eidem* (b) *& exceptionem competere multò magis quis dixerit.*

a *Cui damus actionem &c.* Si is, in cuius ſolo ſuperficies eſt,aduerſus ſuperficiarium velit vindicare: dicendum eſt, exceptione vtendum in factum data. Nàm ſuperficiario damus actionem, & cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit. *l.1.§. Is autem ff. de Superficiebus.*

b *Ei-*

b *Eidem & exceptionem &c.* Quando tamen actio & exceptio ad diuerſa tendunt, Regula non procedit. E.g. Si quis conductionis Titulo agrum, vel aliam quamcunque rem accepit: poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tunc de proprietate litigare. *l. Si quis conductionis* 25. *Cod. de locato & conducto.* Nihil enim commune habet proprietas cum poſſeſſione. *l. Naturaliter* 12. §. *Nihil commune ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Maximè quando quis non ſuo nomine, ſed alieno, rem poſſidet, vt conductor.

Ad §. Cùm quis.

Cùm (a) *quis in alicuius locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus* (b) *eum nocuit, in cuius locum ſucceſſit.*

a *Cùm quis in alicuius &c.* Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut præcariò vſus eſt; rectè à me via vti prohibetur: & Interdictum

ei

ei inutile eſt: quia à me videtur vi, aut clàm, aut præcariò poſſidere, qui ab auctore meo vitioſè poſſidet. Nàm & Pædius ſcribit, ſi vi, aut clam, aut præcario ab eo vſus ſit, in cuius locum hereditate, vel emptione, alioue quo Iure ſucceſſi, idem eſſe dicendum. Cùm enim ſucceſſerimus in locum eorum, æquum non eſt aduerſus nos nocere, quod aduerſum eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſimus. *l. 3. §. Si quis ab auctore ff. de Itin. actuque priu. Vide notata ſupra ad l. Heredem 59. ff. h. t.*

b *Aduerſus eum nocuit*. Legendum eſt: Aduerſus eum non nocuit, vt in dicta *l. 3. §. Si quis ab auctore.*

Ad §. Plerunque.

Plerunque (a) emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris.

a *Plerunque emptoris &c.* Tu vi, aut

aut clàm per Titij fundum vteris itinere, Titius mihi eundem fundum vendidit: videris etiam vi, aut clam à me vti itinere: & ideò ſi te prohibeam, non habebis Interdictum. Æquum enim eſt, vt quod auctori meo non nocuit, mihi etiam non noceat. Et plerunque emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. Tex. hic. *l.*3. §. *Si quis ab auctore, & l.*5. §. *hoc Interdictum ff. de Itin. actuq; priu.* Rectè autem additur: Plerunque. Nàm hæc Regula fallit in quibuſdam, veluti in ijs, quæ factum continent & perſonæ cohærent. Facit *l. In omnibus cauſis* 68. *ff. hoc tit.*

Ad §. Quod cuique.

Quod (a) *cuique pro eo præſtatur, inuito* (b) *non tribuitur.*

a *Quod cuique pro eo &c.* Pertinet hæc Regula ad Ius & Interdictum

dictum Aquæ ducendæ. Is, cui pro eo tantùm, ſeù eius tantùm cauſa, Beneficium ſeù Ius Aquæ ducendæ in fundum ſuum præſtitum fuit, Inuitus aquam ducere non cogitur. Si verò, cùm aqua in meo reſtagnare ſoleret (vt in ſpecie *l. 2. §. Idem Labeo ff. Ne quid in loco publico*) Beneficium ſeù Ius aquæ ducendæ alteri in fundum ſuum dedi: Sanè Inuitus aquam hoc caſu ducere cogetur: Quia beneficium hoc ei, non tantùm pro eo, ſed & mea cauſa præſtiti. Iacob. Got. hic.

b *Inuito non tribuitur*. Inuito beneficium non datur. Vide notata ſuprà *ad l. Inuito 69. ff. h. t.*

Lex CLVII. Vlpianus lib. 71. ad Edictum.

Ad ea, (a) *quæ non habent* (b) *atrocitatem facinoris, vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus, vel curatoribus, obtemperauerint.*

a Ad

a **A**D *ea &c.* Si tutoris aut curatoris iuſſu factum ſit vi aut clam: An ignoſcitur ſeruo ad noxam, qui obtemperauit tutori vel curatori? Nàm ad quædam, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel ijs, qui vice dominorum ſunt, obtemperauerint. Quod & in hoc caſu admittendum eſt. *l. Is qui in puteum* 11. §. *Si tutoris ff. Quod vi aut clàm.* Sic ſi ſeruus mulieris, iuſſu dominæ, diuortij cauſa res amouerit: Pædius putat, nec furtum eum facere, quoniam nihil lucri ſui cauſa contrectet: nec videri furtum facienti opem ferre: cum mulier furtum non faciat: quamuis ſeruus in facinoribus domini dicto audiens eſſe non debeat. Sed rerum amotarum actio erit. *l. Si mulier* 21. §. *Si ſeruus ff. rerum amotarum.*

b *Quæ non habent atrocitatem facinoris &c.* In atrocioribus delictis, vt in homicidio, rapina, vi, ſerui, ſi dominis obtemperauerint,

non

non excuſantur. *l. Seruus* 19. *ff. de oblig. & act.* Mitiùs tamen puniuntur. *l.* 2. *C. de ſepulc. viol. l. Seruus* 8. *C. ad leg. Iul. de vi pub.* Eadem Regula & in filijs familias locum habet; vt ſcilicèt in leuioribus, ſi obtemperauerint parentibus, quorum in poteſtate ſunt, Iure Ciuili excuſentur: in grauioribus, non item. *l. Si tacitam* 13. *ff. ad leg. Falcid. l. In fraudem* 10. *in fine ff. de his, quæ vt idig. l. Græcus* 4. *C. ad leg. Iul. de adulterijs.*

Ad §. Semper.

Semper (a) *qui dolo fecit, quominùs haberet, pro eo* (b) *habendus eſt, ac ſi haberet.*

a *Semper qui dolo &c.* Ait Prætor: Quod precariò ab illo habes, aut dolo malò feciſti, vt deſineres habere, qua de re agitur, id illi reſtituas. *l.* 2. *in princ. & l.* 8. §. *Eum quoque ff de precario.* Quæ leges ſunt deſumptæ ex eodem Vlpiani libro

71.

71. ad edictum, ex quo deſumpta eſt lex noſtra 157. vt conſtat ex earum inſcriptione. Imò ſemper qui dolo fecit, quominùs haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet, vt in hoc noſtro §. *Oſtenditur*. De hac Regula vide dicta ſuprà *ad l. qui dolo* 131. *& ad l. parem eſſe* 150. *ff. hoc tit.*

b *Pro eo habendus eſt &c.* Quoad ſuum incommodum, non quantum ad commodum.

Ad §. In contractibus.

In (a) *contractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantùm in id quod peruenit, verùm* (b) *etiam in ſolidum tenentur, hoc eſt, vnuſquiſque pro ea parte qua heres eſt.*

a *In contractibus &c.* Dic vt ſuprà ad *l. hoc Iure* 152. §. *In contractibus ff. h. t.*

b *Verùm etiam inſolidum*. *l. Ex depoſiti* 11. *ff. de oblig. & act.*

Lex

Lex CLVIII. Gaius lib. 26. ad Edictum Prouinciale.

Creditor (c) *qui* (d) *permittit rem* (e) *venire pignus* (f) *dimittit*.

c CReditor *&c.* Si voluntate creditoris fundus alienatus eſt, repellitur creditor, qui applicari ſibi eum deſiderat. *l. Sicut* 8. *§. Si voluntate ff. Quibus mod. pig. vel hyp. ſol.* Quod ſi fortè venditio rei ſpecialiter obligatæ non valeat, nocere hæc res creditori non debet, quod conſenſit. *l. Si debitor* 4. *in fine ff. Quib. mod. pig. vel hyp. ſol.*

d *Qui permittit*. Non videtur autem conſenſiſſe creditor, ſi ſciente eo debitor rem vendiderit: cùm ideò paſſus eſt venire, quod ſciebat vbique pignus ſibi durare dicta *l. Sicut* 8. *§. Non videtur*.

e *Rem venire*. Venditionis autem appellationem generaliter accipere debemus: vt & ſi legare permiſit, valeat quod conceſſit dicta *l. Sicut* 8. *§. Venditionis*.

f *Pi-*

f *Pignus dimittit*. Non tamen debitum remiſiſſe cenſetur. *l.* 3. *ff. de Pactis*.

Lex CLIX. Paulus libro 70. ad Edictum.

Non (g) vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ità ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

g NOn *vt ex pluribus &c.* Ampliùs quàm ſemel res noſtra eſſe non poteſt: ſæpiùs autem deberi poteſt. *l. & an eadem* 14. §. *Actiones ff. de excep. rei iud.* Seù: Res, quæ iàm noſtra eſt, ampliùs, aut magis noſtra fieri non poteſt. §. *Sed ſi rem legatarij, Inſt. de legatis.* §. *Sic itaque diſcretis, Inſt. de actionibus*. Poteſt autem eadem res ex pluribus cauſis nobis deberi, vt in noſtra Reg. & in dicto §. *Actiones*.

Lex CLX. Vlpianus libro 76. ad Edictum.

Aliud eſt vendere, aliud venditi conſentire.

a ALiud eſt vendere &c. Non dubitatur, etſi ſpecialiter venditor euictionem non promiſerit, re euicta, ex empto competere actionem. *l. Non dubitatur 6. C. de euictionibus.* Qui verò venditioni cõſenſum dedit, niſi ſe etiam pro euictione obligauerit, de euictione nõ tenetur. *l. Exceptione* 11. *C. eodem*. Facit etiam ad noſtram Regulam *l. Apud Celſum* 4. §. *Quæſitum eſt ff. de doli mali, & met. excep.* Vbi qui fundi vſumfructum habet, poteſt conſentire venditioni, licèt vendere non poſſit. Adde ex Cuiac. ad noſtram legem hoc exemplum. Creditor primus, ſi pignus vendidit Iure conuentionis, ſecundus non poteſt offerre emptori pecuniam, quia vtriuſque pignus perimitur, *l.3. de diſtrac. pignor.*

gnor. Si primus venditioni factæ à debitore conſentiat, pignus ſecundi non perimitur. *l. Paulus reſpondit* 12. *ff. Quibus modis pign. vel hypotheca ſolu.*

Ad §. Refertur.

Refertur (a) *ad vniuerſos quod* (b) *publicè fit per maiorem partem.*

a *Refertur ad vniuerſos &c.* Quod maior pars Curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint. *l. Quod maior* 19. *ff. Ad municip.*

b *Quod publicè.* Quandoque & quod priuatim fit per maiorem partem, refertur ad vniuerſos, vt quod maior pars creditorum facit. *l. vlt.* §. *Pari autem C. Qui bonis ced. poſſ.* Quod maior pars Tutorum. §. *Quod ſi nemo, Inſtit. de ſatiſd. Tut. vel cur.*

Ad

Ad §. Abſurdum eſt.

Abſurdum (c) *eſt, plùs iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quàm heredem, aut ipſum Teſtatorem, ſi viueret.*

c *Abſurdum eſt &c.* Legatarium plus iuris habere, quàm heredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viueret, abſurdum eſt. Nemo enim plus iuris ad aliùm transferre poteſt, quàm ipſe haberet. *l. Nemo plus iuris* 54. *ff. h. t.* Quare ſi quis ex cauſa legati vindicet: de dolo exceptionem patitur ex cauſa eius, in cuius locum ſucceſſerit. *l. Apud Celſum* 4. §. *Si quis autem ff. de doli mali, & met. excep.*

Lex CLXI. Vlpianus libro 77. ad Edictum.

In Iure (a) *Ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt conditionem non impleri, fiat quo minùs impleatur; perinde haberi, ac ſi imple-*

impleta conditio fuiſſet; quod ad (b) *libertatem, & (c) legata, & ad* (d) *heredum inſtitutiones perducitur, quibus exemplis ſtipulationes* (e) *quoque committuntur, cùm per promiſſorem factum eſſet, quò minùs ſtipulator conditioni pareret.*

a IN *iure Ciuili &c. l. iure Ciuili* 24. *ff. de condit. & demonſt.* Fuit hæc Regula explicata ſupra ad *l. in omnibus* 39. *ff. h. t.*

b *Quod ad libertatem* Is enim, quem heres prohibet conditioni libertatis parere, ex Teſtamento ad libertatem peruenit. *l. Si peculium* 20. §. *Is, cui, in fine ff. de ſtatu liberis.*

c *Et legata.* Si enim legatarius iuſſus ſit heredi decem dare, & ille accipere nolit, conditio pro impleta habetur. *l. Si poſt diem* 5. §. *Item ſi ff quando dies legatorum &c.*

d *Et ad heredum inſtitutiones.* Dicta *l. Iure Ciuili* 24. *ff. de condit. & demonſtr.*

e *Stipulationes quoque &c.* Dicta *l.24. Facit etiam l. In executione* 85. §. *vlt. ff. de verb. oblig.* Vbi dicitur, quod quicunque ſub conditione obligatus curauit, ne conditio exiſteret, nihilominus obligatur.

Lex CLXII. Paulus libro 70. ad Edictum.

Quæ (f) propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

f QVæ *propter neceſſitatem &c.* Quæ iure ſingulari benignè recepta ſunt neceſſitatis cauſa, producenda non ſunt ad exempla ſimilia. Hæc Regula fuit explicata ſupra ad *l. quod contra* 141. *ff. hoc tit.* Si videre deſideras nouam ſpeciem ad hanc Regulam, Vide Iacob. Goth. ad eamdem, verſ. *De hoc igitur*.

Lex

Lex CLXIII. Vlpianus lib. 55. ad Edictum.

Cui ius (a) *eſt donandi, eidem & vendendi, &* (b) *concedendi ius eſt.*

a CVi ius eſt donandi &c. Non debet enim, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere. *l. non debet* 21. *ff. hoc tit.* Si ergo creditor debitori conceſſerit donare, & vendiderit debitor, repelletur creditor. *l. ſicut* 8. §. *Sed ſi permiſerit ff. quib. mod. pign. vel hypot ſolu.* Faciunt ad hanc Regulam ea, quæ notaui ſupra ad dictam *l.* 21. *hoc tit.*

b *Et concedendi*. In hac Regula, Concedere, nihil aliud eſt quàm in vſum concedere commodato, aut præcario. *Cuiac. ad dictam leg.* 21. *hoc tit.*

Lex CLXIV. Paulus libro 50. ad Edictum.

Pœnalia (c) *iudicia ſemel* (d) *accepta* , *in heredes* (e) *tranſmitti poſſunt* .

c POenalia iudicia &c. In heredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio . *l. Pupillum* 111. §. *In heredem ff. hoc tit.* Sed poſt litis conteſtationem mortuo teſtatore, in heredes tranſmitti poſſunt ; hac lege noſtra . Vide ea, quæ dixi in meis Comment. Inſtit. ad §. *Non omnes autem actiones , de perpet. & temp. act.*

d *Semel accepta* . Litis conteſtatione.

e *In heredes tranſmitti poſſunt* . Poſt litem conteſtatam heres tenetur ex omnibus cauſis , *l. Nemo* 87. *ff. hoc titulo* .

Lex

Lex CLXV. Vlpianus lib. 53. ad Edictum.

Cùm (a) *quis poſſit alienare poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare* (b) *non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.*

a CVm *quis poſſit &c.* Non debet enim ei, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere. *l. Non debet* 21. *ff. hoc tit.* Hinc creditor, qui poteſt pignus alienare, poteſt etiam conſentire debitori alienanti. *l. Sicut* 8. §. *Si voluntate ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.* Propriè tamen huius noſtræ Regulæ Species conſtituenda eſt in Iure Aquæ ducendæ, vt conſtat ex *l. In concedendo* 8. *ff. de aqu.plu.arc.* quæ ex eodem Vlpiani lib. 53. ad Edictum fuit deſumpta, ex quo deſumpta eſt lex noſtra: In concedendo Iure Aquæ ducendæ, non tantùm eorum, in quorum loco

aqua oritur, verùm etiam eorum, ad quos eius aquæ vſus pertinet, voluntas exquiritur, *dicta l.8.* Cùm igitur quis talis eſt perſona, vt poſſit Ius illud aquæ quod habet alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam. Tex. hic.

b *Cui autem donare non conceditur &c.* Sic pater qui in fraudem creditorum alienare non poteſt, neque conſentire alienāti filio poteſt. *l. Si pater 12. ff. quæ in fraud. cred.*

Lex CLXVI. Paulus libro 48. ad Edictum.

Qui rem (c) alienam defendit, nunquam (d) locuples habetur.

c Qvi *rem alienam &c.* Nunquam locuples habetur qui rem alienam defendit. *l. minor*

51. *in*

51. *in fine, cum duab. ſeq. ff. de Procurat.* Seù nemo alienæ rei ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur §. *Si verò reus, Inſtit. de ſatiſdat. l. qui proprio* 46. §. *qui alium de Procurat.* Suæ rei eſt quiſque defenſor idoneus, etiam ſine ſatiſdatione, maximè ſi agatur in perſonam, & ſi ſit locuples, seù ſoluendo.

d *Nunquam locuples habetur.* Scilicèt ad hoc quo minùs ſatiſdet Iudicatum ſolui.

Lex CLXVII. Paulus lib. 49. ad Edictum.

Non videntur (e) *data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.*

e NOn *videntur data &c.* Hæc ſtipulatio, Fundum Tuſculanum dari? continet, vt dominium omnimodò efficiatur ſtipulatoris quoquo modo. *leg. Vbi autem* 75. §. *vlt. ff. de verb. oblig.*

Quia dari cuiquam id intelligitur, quod ità datur, vt eius fiat. §. *Sic itaque*, *Inſtit. de Actionibus*. Propriè noſtra Regula ad Aquæ pluuiæ arcendæ actionem referenda eſt. Actio Aquæ pluuiæ arcendæ non datur niſi domino, cuius agro aqua pluuia nocet ex opere manu facto in fundo vicini, *l.*14. *& 22. ff. de aqua plu. arc.* An igitur detur emptori, cui dominus vendidit agrum, & dedit, ſed ſimulatè? Et Reſpond. non dari: Quia quod ſimulata venditione datur, non videtur datum: Ideſt, ex datione illa non fit dominus emptor accipiens: Ideòque nec ea actio ei poteſt dari.

Ad §. Qui iuſſu.

Qui iuſſu (a) *iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet.*

a Qvi *iuſſu iudicis &c.* Hæc quoque Regula ad Aquæ plu-

pluuiæ arcendæ actionem referenda eſt. Prætor ait, cuius dolo malo ſepulcrum violatum eſſe dicetur in eum in factum iudicium dabo. *l.3. ff. de ſepulcr. viol.* Igitur is, qui iuſſu Iudicis ſepulcrum, ex quo aqua noceat, demolitus eſt, non tenetur ſepulcri violati actione. *l. quamquam 4. in princ. ff. de aqua plu. arc.* Quia, qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere &c. Adde *l.2. §. Caſſius ff. de aqua plu. arc.*, quę deſcripta eſt ex eodem lib. 49. Pauli ad Edictum, ex quo deſumpta eſt lex noſtra: Caſſius ſcribit: Si qua opera, aquæ mittendæ cauſa, publica auctoritate, facta ſint: in aquæ pluuiæ arcendæ actionem non venire.

Lex CLXVIII. Paulus libro 1. ad Plautium.

Capienda (a) *occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.*

a CApienda occaſio eſt &c. Cancellato nomine heredum, quæritur an fiſcus, qui heredibus ſuccedit, præſtare debeat legata, quæ cancellata non ſunt. Queſtio eſt voluntatis defuncti. In dubio dicemus legatarios retinere volũtatem: Hoc enim benignius eſt. *l.3. ff. de ys quæ in teſtam. delen.* Et capienda occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum. Vide notatã ſupra *ad l. Semper in dubijs 56. ff. hoc tit.* Facit etiam ad noſtram Regulam *l. ſi Præſes 32. ff. de pœnis.* Vbi dicitur, quod ſi Præſes, vel Iudex ità interlocutus ſit, Vim feciſti: Et crimina vtriuſque legis Iuliæ publicorum, & priuatorum obiecta ſint: mitior lex, ideſt, priuatorum, erit ſequenda. Item *l. Diuus Antoninus 7. ff. de in integ. reſt.* Vbi dicitur, quod ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more ſolito pronunciatum eſt, confeſtim autem pro tribunali magiſtratu ſedente, adijt: exiſtimari poteſt, non ſua culpa, ſed parum exaudita

voce

voce preconis defuiſſe : ideòque reſtitui poteſt.

Ad §. Quod factum eſt.

Quod factum (a) *eſt, cùm in obſcuro ſit, ex adfectione* (b) *cuiuſque capit interpretationem.*

a Q*Vod factum eſt &c.* In Teſtamento, quod perfectum non erat, alumnæ ſuæ libertatem, & fideicommiſſa quis dedit. Cùm omnia filij veluti ab inteſtato geſſiſſent : queſijt Imperator, an vt ex cauſa fideicommiſſi manumiſſa fuiſſet : Et interlocutus eſt, etiamſi nihil ab inteſtato pater petijſſet, pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quam pater dilexiſſet. Pronunciauit igitur rectè eam manumiſſam : & ideò fideicommiſſa etiam ei præſtanda. *l. In teſtamento* 38. *ff. de fideic. libert.* Similiter Si quis alienam rem, quã ſuam eſſe putauit, Vxori reliquerit, valet relictum, quoniam maritalis affe-

ctio ſuadet, vt, etſi ſciuiſſet rem alienam eſſe, nihilominus vxori relicturum fuiſſe interpretemur. *l. Quintus Mutius* 11.§.*vlt. ff. de aur. & arg. leg.*

b *Ex adfectione*. Adfectio eſt & dicitur propenſio illa naturalis, pietas, charitas, neceſſitudo, humanitas quò natura omnes ferimur erga quoſdam. Cuius adfectionis variæ ſpecies poni poſſunt in Parentum, Coniugum, liberorum, Amicorum, Alumnorum, & ſimilium adfectione. Et ad hanc Adfectionem, atque exinde Obſcuri Interpretationem ſpectant Exempla poſita ſuprà. Sed Iacob. Got. Adfectionis appellatione in hac Regula intelligit ſimplicem, nudamque cuiuſque intentionem, mentem, propoſitum, voluntatem, adfectum, finem, ſcopum. Cuius etiam Adfectionis ſpecies, atque exinde Interpretationis Obſcuri exempla aſſignat eodẽ loco.

Lex

Lex CLXIX. Paulus libro 2. ad Plautium.

Is damnum (a) *dat qui iubet dare, eius* (b) *verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.*

a *IS damnum dat &c.* Liber homo ſi iuſſu alterius damnum iniuria dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt, qui iuſſit: ſi modò ius imperandi adfuit, quòd ſi non adfuit: cum eo agendum eſt, qui fecit. *l. liber homo 37. ff. ad legem Aquil.*

b *Eius verò nulla culpa eſt &c.* Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus, vel curatoribus, obtemperauerint. *l. Ad ea 157. in princ. ff. hoc tit. Vbi dixi de hac re.*

Ad §. Quod pendet.

Quod (a) *pendet, non eſt pro eo quaſi ſit.*

a *Quod*

a *Quod pendet &c.* Hinc eſt, quod poſſunt ſtatu liberi noxæ dedi. *l. Prætor* 15. *ff. de noxal. act.* Vbi dicitur, quod ſi rei iudicatæ tempore in ſuſpenſo ſit ſtatuta libertas: liberatur heres tradendo ſeruum. Et ad noxales actiones propriè pertinet hæc noſtra Regula, vt notant Eruditiores ad eamdem. Poteſt tamen porrigi quoque ad conditionales obligationes, Inſtitutiones, & Legata ex *l. Cedere diem* 213. *ff. de Verborum ſignificatione, & ex l. Si quis ſub conditione* 8. *ff. Si quis omiſſa cauſa Teſtamenti.*

Lex CLXX. Paulus libro 3. ad Plautium.

Factum (a) *à Iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt.*

a *Factum à Iudice &c.* E. g. Si vltra id, quod in Iudicium deductum eſt, excedat poteſtas Iudicis, quod factum eſt, ratum non eſt.

eſt. *l. Vt fundus* 18. *ff. communi diuid.* Et Iuſdicenti impunè non pareretur ſi ſuprà Iuriſdictionem ſuam velit Iuſdicere. *l. vlt. ff. de Iuriſdic. omn. Iud.*

Lex CLXXI. Paulus libro 4. ad Plautium.

Nemo (b) *ideò obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit.*

a. N*Emo ideò obligatur &c.* Fundus communis eſt duorũ, in eo vnus opus fecit ex quo aqua pluuia vicino nocet, alter non fecit. Hic qui non fecit non tenetur aquæ pluuiæ arcendæ, vt opus reſtituat, quamuis actione communi diuidundo recuperaturus ſit à ſocio, quod preſtiterit. Quia nemo ideò obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit. *l. Suprà iter* 11. §. *Apud Ferocem ff. de aqua plu. arc. Tex. hic & ibi Cuiac.*

Lex

Lex CLXXII. Paulus libro 5. ad Plautium.

In (a) *contrahenda venditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt: Ambigua* (b) *autem intentio ità accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit.*

a IN *contrahenda &c.* Pactio ambigua venditori nocet, in cuius fuit poteſtate legem apertius conſcribere. *l. Veteribus 39. ff. de pactis.* Cùm ergo in lege venditionis ità ſit ſcriptum: Flumina, ſtillicidia vti nunc ſunt, vt ità ſint: nec adijcitur, quæ flumina, vel ſtillicidia: primum ſpectari oportet, quid actum ſit. Si id non appareat: tunc id accipitur, quod venditori nocet. Ambigua enim oratio eſt. *l. Cùm in lege 33. ff. de contrahenda empt.* Procedit autem hæc Regula non in venditione tantùm, ſed & in alijs contractibus. Vide notata ſuprà ad *l. In ambiguis 96. verſ. In contractibus ff. h. t.*

b *Am-*

b *Ambigua autem intentio &c.* Si Actor oratione ambigua vſus ſit, cuius vna ſententia actioni ſeruiat, altera non ſeruiat, ea potiùs accipitur, quæ actioni conuenit, *l. Si quis 66. ff. de Iudicijs.* Vide notata ſuprà ad *l. Quoties 67. ff. hoc eodem tit.*

Lex CLXXIII. Idem libro 6. ad Plautium.

In (a) *condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne* (b) *egeant.*

a IN *condemnatione perſonarũ &c.* Inter eas perſonas, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, ſunt v. g. Maritus, à quo mulier dotem repetit, parens, patronus, ſocius, & qui ex donatione ſua conuenitur, & ijs, qui bonis ceſſit. §. *Item ſi de dote, &* §. *ſeq. &* §. *vlt. Inſtit. de Actionibus.* Vbi in

in meis Comment.hæc omnia plenè explicaui.

b *Ne egeant*. Ne deſit eis victus veſtituſque.

Ad §. Cùm verbum.

Cùm (c) verbum, Reſtituas, in lege inuenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi.

c *Cùm verbum, Reſtituas, &c.* Paulus libro ſexto ad Plautium, ex quo etiam lex noſtra deſumpta eſt, ſcripſit, quod in Fabiana Actione & Pauliana, per quam, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, reuocantur: fructus quoque reſtituuntur. Nàm Prætor id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet. Quod non eſt iniquum. Nàm & verbum, Reſtituas, quod in hac re prætor dicit, plenam habet ſignificationem, vt fructus quoque reſtituantur. *l. Videamus* 38. §. *In Fabiana ff. de*

Vſu-

Vſuris. Facit l. Plus eſt 22. & l. Reſtituere 35. ff. de Verb. ſig.

Ad §. Vnicuique.

Vnicuique (a) *ſua mora nocet, quod* (b) *& in duobus Reis promittendi obſeruatur.*

a *Vnicuique &c.* Vnicuique ſua mora nocet, Tex. hic. Mora tamen Rei fideiuſſori quoque nocet. Sed ſi fideiuſſor ſeruum obtulit, & Reus moram fecit, Mortuo Sticho, fideiuſſori ſuccurrendum eſt. *l. Mora 88. ff. de Verb. oblig.*

b *Quod & in duobus Rei &c.* Si duo Rei promittendi ſint, alterius mora, alteri non nocet. *l. Mora 32. §. vlt. ff. de Vſuris.* Neque obſtat *l. penult. ff. de duob. reis.* Quia de alterius facto loquitur, non de mora.

Ad §. Dolo facit.

Dolo (a) *facit, qui petit quod* (b) *redditurus eſt.*

a *Dolo*

a *Dolo facit &c.* Dolo facit, qui petit quod redditurus eſt. Sic ſi heres damnatus ſit non petere à debitore, poteſt vti exceptione doli mali debitor, & agere ex teſtamento. *l. dolo facit* 8. *ff. de doli mali & met. excep.*

b *Quod redditurus eſt*. Quod redditurus eſt eidem à quo petit, non ſi alij. *l. Si ſocer* 45. §. *penult. ff. ſoluto Matrimonio*. Et quod redditurus eſt eidem, incontinenti: Neque enim dolo facit, qui petit quod ex interuallo tantùm eidem redditurus eſt. *l. vlt.* §. 1. *ff. Vt legatorum, ſeù fideicom. nom. cau.*

Lex CLXXIV. Paulus lib. 8. ad Plautium.

Qui (a) *poteſt facere vt poſſit conditioni parere, iàm poſſe videtur.*

a QVi *poteſt facere &c.* Vlpianus in *l. Labeo ſcribit* 50. *ff. de contraben. empt.* Labeo ſcribit: Si mihi bibliothecam ità vendideris,

ris, ſi decuriones Campani locum mihi vendidiſſent, in quo eam ponerem: & per me ſtet, quò minùs id à Campanis impetrem: non eſſe dubitandum, quin præſciptis verbis agi poſſit. Ego etiam ex venditio agi poſſe, puto, quaſi impleta conditione, cùm per emptorem ſtet, quò minùs impleatur. Vel ex mente Pet. Fab. poteſt aliter ad noſtram legem Facti ſpecies ſic poni. Quis fuit inſtitutus heres ſub conditione ſerui alieni manumittendi. Si à domino poſſit iuſto pretio ſeruum redimere, atque ità liberum facere: Iàm conditioni parere poſſe intelligitur. Ideòq; cogitur defuncti voluntatem implere ac bonorum poſſeſſionem ſecundum Tabulas admittere; ne ſi fruſtretur ipſe, bona hereditaria à creditoribus poſſideantur & veneant. arg. *l. Si quis 23, §. 1. ff. de hered. inſtit.*

Ad

Ad §. Quod quis.

Quod quis, (a) *ſi velit*, *habere* (b) *non poteſt*, *id repudiare* (c) *non poteſt*.

a *Quod quis*, *ſi velit &c.* Heres, qui non valere Teſtamentum, aut falſum eſſe putat, repudiare, non poteſt, quia nec poteſt adire ſi velit. *l. Nec is* 17. *ff. de acquir. vel omitt. hered.* Similiter heres inſtitutus ſub conditione, ſi ante conditionem exiſtentem repudiauit: nihil egit, qualis qualis fuit cōditio, etſi in arbitrium collata eſt, quia in ea cauſa erat hereditas, vt adiri non poſſet. *l. Is*, *qui heres* 13. *in princ. ff. de acquir. vel omit. hered.* Item ſi ſub conditione, vel ex die certa nobis legatum ſit: ante conditionem vel diem certum repudiare non poſſumus. Nàm nec pertinet ad nos, antè quàm dies veniat, vel conditio exiſtat. *l. Si ità ſcriptum* 46. §. *Si ſub conditione ff. de legat.* 2.

b *Ha-*

b *Habere non poteſt.* Habere vtique eſt eius qui ſibi negotium gerit, vt rem habeat ipſe vel iure dominij vel iure poſſeſſionis inconcuſſæ. *l. Habere* 188. *ff. de verb. ſig.* Ideòque Tutor delatam pupillo hereditatem repudiare non poteſt, etſi eam adquirere poſſit. *l. Tutor autem* 8. *ff. de bonor. poſſeſſ.* Nàm Tutori, qui alieno nomine gerit, tueri duntaxat permiſſum eſt, non donare, repudiare, perdere.

c *Id repudiare non poteſt.* Remittere tamen Pacto quis poteſt etiam Ius ſibi nondum competés. *l. Et heredi* 21. §. *Filia familias, &* §. *ſeq. & l. Pactum* 46. *ff. de pactis. l.* 1. *C. eodem.*

Lex CLXXV. Paulus lib. 11. ad Plautium.

In his, (a) quæ Officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

a *In*

a IN *his, quæ Officium &c.* Sic legitur in Pandeƈt. Flor. Alij libri excuſſi habent: In his officijs, quæ fieri per liberas perſonas &c. De Officiorum priuatorum ſolemnitate eſt hæc Regula, non, vt vulgo ab omnibus creditur, de Officijs & Muneribus publicis. Et ea definitur: In his Officijs, quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſeruum interuenire nō poſſe. Species in hac Regula poni debet in mancipatione, & ſpecialiter in ea, quæ in donationibus, & in manumiſſionibus interueniebat. Poni tamen poteſt etiam ſpecies in teſtamentis ordinandis, & in officio nuptiarum, tabuliſque ibi ſignandis, in diuortio, in denunciationibus ex Senatus Conſulto Claudiano, in hereditatis Cretione. Ergo in his officijs interuenire non poterant ſerui, & inter alia quidem velut Teſtes: Quomodo & aliàs in commune ſerui Teſtes eſſe non poterant. Iacob. Got. ad noſtram Regulam vbi hæc omnia plenè explicat.

Ad

Ad §. Non debeo.

Non debeo (a) *melioris conditionis eſſe, quàm auctor meus, à quo ius in me tranſit.*

a *Non debeo melioris conditionis eſſe &c.* Si creditor, qui pignus per interceſſionem accepit à muliere, hoc alij vendidit, vera eſt eorum opinio, qui petitionem dandam mulieri putant, etiam aduerſus bonæ fidei emptorem: ne melioris conditionis emptor ſit, quàm fuerit venditor. *l. vlt. §. Si mulier ff. ad Senat. Conſ. Vellei. Vide l. Nemo plus iuris* 54. *l. Nemo plus commodi* 120. *l. Aliud eſt vendere* 160. *§. vlt. ff. hoc tit. Et ea, quæ ad eaſdem ll. notaui.*

Lex CLXXVI. Paulus lib. 13. ad Plautium.

Non eſt (a) *ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.*

 a *Non*

a NOn eſt ſingulis &c. Priuatis non eſt concedendum, quod ſpectat ad publicum Magiſtratus officium. Sed ſi Magiſtratus copia deſit, & periculum ſit in mora, ſit aliter. Vnde hoc caſu permittit lex creditori debitorem fugientem, & pecuniam ſecum ferentem, propria auctoritate apprehendere, & ei id, quod ſibi debetur, auferre. *l. ait Prætor* 10. §. *Si debitorem ff. quæ in fraud. cred.* Alium ſimilem caſum habemus in *l. generaliter* 54. *C. de Decurionibus lib.*10. Poſſumus etiam eum, qui cum armis venit, armis repellere: ſed hoc confeſtim, non ex interuallo. Et non ſolùm reſiſtere permiſſum, ne deijciatur, ſed etſi deiectus quis fuerit, deijcientem deijcere, non ex interuallo, ſed ex continenti. *l.*3. §. *Eum igitur ff. de vi, & de vi armata.*

Ad §. Infinita.

Infinita (a) *æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis.*

a *In-*

a *Infinita æſtimatio &c.* Libertas, inæſtimabilis res eſt. Vide not. ſupra ad *l. libertas ff. hoc tit.*

b *Et neceſſitudinis.* Neceſſitudinis infinita æſtimatio eſt. Et ideò ſi quis à procuratore dicatur non eſſe, aut non fuiſſe filius, frater, patruus &c. In cautione, Rem ratam haberi, certa ſumma comprehendenda eſt, ne aliàs nihil conſequatur filius, frater, patruus &c., quòd neceſſitudo inæſtimabilis res ſit. arg. *l. procurator* 8. §. *Si quis à procuratore ff. Rem ratam haberi.*

Lex CLXXVII. Paulus lib. 14. ad Plautium.

Qui in (c) *ius dominiumue alterius ſuccedit, iure eius* (d) *vti debet.*

c QVi *in ius dominiumue alterius ſuccedit &c.* In Ius, vt ſi nomen emerit; In dominium, vt ſi rem emerit.

d *Iure eius vti debet.* Neque

melioris, neque deterioris conditionis eſſe debet, quàm auctor ſuus. *l. Inuitus* 156. §. *plerunque*, *l. In his* 175. §. *non debeo ff. hoc tit. l. Emptori* 6. *ff. de hered. vel act. vend.*

Ad §. Nemo.

Nemo videtur (a) *dolo exequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.*

a *Nemo videtur &c.* Dolo petere non videtur, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere. *l. 2. §. & generaliter ff. de doli mali & met. except.*

Lex CLXXVIII. Paulus libro 15. ad Plautium.

Cùm principalis (b) *cauſa non conſiſtit, plerunque ne ea quidem quæ ſequuntur locum habent.*

b CVm *principalis cauſa &c.* Remanet explicata hæc Re-

Regula ex dictis ſupra ad *l. Nihil dolo* 129. §. *Cùm principalis ff. hoc titulo*.

LexCLXXIX. Paulus lib.16. ad Plautium.

In obſcura (c) *voluntate manumittentis, fauendum eſt libertati.*

c IN *obſcura voluntate &c. l. Si peculium* 10. *in ſine ff. de manumiſſ. Teſtat.* Si igitur in obſcuro ſit, qua mente Teſtator poſt libertatem legauerit eundem ſeruũ: in obſcuro præualet libertas. *l. Si ſeruus legatus* 50. *ff. de fideicommſſ. libert.* Item ſi vnus ex dominis ſeruo ſuam partem, quam in eo habebat, legauit: fauore libertatis, ſic ambigua Teſtatoris voluntas interpretanda eſt, tanquam ſi voluerit eum libertate in ſua parte donare. *l. vlt. C. de communi ſeruo manumiſſo*.

Lex CLXXX. Paulus libro 17. ad Plautium.

Quod iuſſu (a) *alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.*

a Q*Vod iuſſu alterius &c.* Si ergo donaturus mulieri, iuſſu eius ſponſo numeraui, nec nuptiæ ſecutæ ſunt: mulier condicet. *l. Si donaturus 9. ff. de condic. cau. dat.* Item cùm iuſſu meo id quod mihi debes ſoluis creditori meo: à me liberaris. *l. Cùm iuſſu 64. ff. de ſolut. & liber.* Similiter ſtatu liber iuſſus decem dare heredi, ea heredi videtur ſoluere; ſi voluntate eius alij ſoluat. *l. mortuo herede 15. §. vlt. ff. de ſtatu liberis.*

Lex CLXXXI. Paulus lib. 1. ad Vitellium.

Si nemo (b) *ſubijt hereditatem, omne* (c) *Ius teſtamenti ſoluitur.*

b S*I nemo &c.* Si nemo hereditatem adierit: nihil valet

ex

ex ijs, quæ teſtamento ſcripta ſunt. *l. Si nemo 9. ff. de Teſtament. Tut.*

c *Omne Ius teſtamenti ſoluitur*. In Pandect. Flor. *Omnis vis &c.* Si ergo certum ſit repudiatam, vel omiſſam hereditatem, vel abſtentos neceſſarios heredes, fruſtra Edictum, Vt in poſſeſſionem legatorum, ſeù fideicommiſſorum, imploratur: cùm certum ſit legatum, vel fideicommiſſum non deberi. *l. 1. §. vlt. ff. vt in poſſeſſ. legat.* Et not. quòd heres ſcriptus adire legatorum ſeruandorum cauſa cogi non poteſt. §. *Quantitas autem, Inſt. de lege Falcidia. l. In quantitate 73. ff. ad leg. Falc.* Neque poteſt cogi adire fideicommiſſorum particularium ſeruandorum cauſa *l. nàm quod 14. §. vlt. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* Cogitur tamen adire fideicõmiſſi vniuerſalis ſeruandi cauſa. *l. Si quis omiſſa 17. ff. Si quis omiſſa cauſa Teſtamenti. §. Sed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicomm. hered.* Nàm hereditatis

 one-

onera in fideicommiſſarium vniuerſalem transferuntur. *l.* 1. *ff. ad Senat. Conſ. Trebel. & dicto* §. *Sed quia ſtipulationes*. In legatarium, vel fideicommiſſarium particularem non transferuntur.

Lex CLXXXII. Paulus lib. 3. ad Vitellium.

Quod nullius (a) eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet effi cere.

a Q*Vod nullius eſſe poteſt &c.* Si igitur rem ſacram, aut religioſam, quam humani Iuris eſſe credebat, vel liberum hominem, quem ſeruum eſſe credebat, dari quis ſtipuletur, inutilis erit ſtipulatio. §. *Idem iuris, Inſtit. de inutil. ſtipul. l. Inter ſtipulantem* 83. §. *Sacram, l. liber homo* 103. *ff. de verb. oblig.* Sed neque talis ſtipulatio valebit, Lucium Titium, cùm ſeruus erit, dare ſpondes? Item eum locum, cùm

ex

ex ſacro, religioſoue profanus eſſe cæperit, dare ſpondes? Quia quæ natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt. *dicto* §. *idem Iuris*, *&* *d.* §. *Sacram*.

Lex CLXXXIII. Marcellus lib. 3. Digeſtorum.

Etſi nihil (a) *facilè mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt.*

a ETſi *nihil facilè &c.* Etſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus: tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. Itàque ſi citatus non reſpondit, & ob hoc more ſolito pronunciatum eſt, confeſtim autem pro Tribunali te ſedente adijt: exiſtimari poteſt, non ſua culpa, ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe: ideòque reſtitui poteſt. *leg. Diuus Antoninus* 8. *ff. de reſtitut. in integr.* Item Oratione Diui Marci, am-

pliùs quàm ſemel, non eſſe dandam inſtrumentorum dilationem, expreſſum eſt. Sed vtilitatis litigantium gratia, cauſa cognita, iterum dilatio tam ex eadem, quàm ex alia Prouincia, ſecundum moderamen locorum impertiri ſolet, & maximè ſi aliquid inopinatum emergat. *L. Oratione 7. ff. de ferijs, & dilat.*

Lex CLXXXIV. Celſus libro ſeptimo Digeſtorum.

Vani timoris (a) iuſta excuſatio non eſt.

a *Vani timoris &c.* Legendum eſt: Vani timoris, nulla æſtimatio eſt, ex *l. Si quis ab alio 13. ff. de re iudicata.* Si quis ab alio decem, ab alio ſatiſdari ſtipulatus eſt: æſtimandum erit, quanti ſtipulatoris interſit ſatiſdari: idque aut tantundem erit, ſi reus non ſit ſoluẽdo: aut minus, ſi in aliquid ſit ſoluendo: aut interdum etiam nihil, ſi omninò ſit ſoluendo, & non

non difficilis conuentu. Neque enim vani timoris vlla æſtimatio eſt. Facienda ſcilicèt in gratiam ſtipulatoris. Nàm vani timoris nomine nullum intereſſe prǫſtatur.

Lex CLXXXV. Celſus libro octauo Digeſtorum.

Impoſſibilium (a) *nulla obligatio eſt.*

a IMpoſſibilium &c. Quod impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, & ſi comprehenſum fuerit, nulla naſcitur obligatio. *l. Verum eſt 31. ff. hoc tit.* Si quis igitur rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus ſit, quem viuere credebat: aut hippocentaurum, qui eſſe non poſſit; inutilis erit ſtipulatio. §. *At ſi quis, Inſtit. de inutilibus ſtipulationibus.* Impoſſibile etiam eſt, quod meum eſt, amplius meum fieri. §. *Sic itaque diſcretis. Inſtit. de actionibus.*

nibus. Et ideò rei ſuæ emptio conſiſtere non poteſt. *l. Neque pignus 45. ff. h t. l. Suæ rei 16. ff. de contrahenda emptione l.4. C. eodem*. Et etiam impoſſibile eſt, quod ſacra, aut religioſa loca, aut quorum commercium non ſit, noſtra fiant. Et conſequenter eorundem locorum emptio conſiſtere non poteſt. *l. Sed Celſus 6. in princ. ff. de contrahen. empt.*

Lex CLXXXVI. Celſus libro 12. Digeſtorum.

Nihil peti (a) *poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit: & cùm* (b) *ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito, peti non poteſt.*

a NIhil peti &c. Interdum pura ſtipulatio ex re ipſa dilationem capit: veluti ſi id, quod in vtero ſit, aut fructus futuros, aut domum ędificari ſtipulatus ſit. Tunc enim incipit actio, cùm ea

per

per rerum naturam præſtari poſſunt. Sic qui Carthagini dari ſtipulatur, cùm Romæ ſit: tacitè tempus complecti videtur, quò perueniri Carthaginem poteſt. *leg. Interdum* 73. *ff. de verb. oblig. l. Si ità ſtipulatus* 14. *ff. eodem*. Simili modo Quoties certæ ſpecies operarum in ſtipulationem deducuntur, veluti pictoriæ, fabriles: peti quidem non poſſunt, niſi præteritæ: quia etſi non verbis, at re ipſa ineſt obligationi tractus temporis. *l. quoties* 24. *ff. de oper. libert.*

b *Et cùm ſoluendi tempus &c.* Ex ſtipulatione, cui tempus additum eſt, niſi tempore præterito, peti non poteſt. §. *Omnis ſtipulatio, Inſtit. de verb. oblig.* Nàm in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adijcitur. *l. cùm tempus* 17. *ff. de reg. Iur.* Quod ſi creditor priùs quàm dies venerit petat, incidit in pœnam plus petentium. §. *Si quis agens, Inſt. de actionibus.*

Lex

Lex CLXXXVII. Celſus libro 16. Digeſtorum.

Si quis (a) *prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine* (b) *liberis deceſſiſſe.*

a SI *quis prægnantem &c.* Is, cui ità legatum eſt, Quandocunque liberos habuerit, ſi prægnante vxore relicta deceſſerit, intelligitur expleta conditione deceſſiſſe, & legatum valere, ſi tamen poſthumus natus fuerit. *l. Is, cui* 18. *ff. quando dies legatorum &c.* Idemque eſt ſi ea conditio heredis inſtitutioni, vel ſubſtitutioni adiecta fuerit.

b *Non videtur ſine liberis deceſſiſſe.* Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnàue filia eſt. Hæc enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos, ſemper pluratiuo numero profertur. *leg. non eſt ſine* 148. *ff. de verb. ſign.*

Lex CLXXXVIII. Celſus lib. 17. Digeſtorum.

Vbi pugnantia (a) inter ſe in teſtamento iuberentur, neutrum ratum eſt.

c VBi *pugnantia &c.* Si Titius heres erit, Seius heres eſto: ſi Seius heres erit, Titius heres eſto. Iulianus inutilem eſſe inſtitutionem ſcribit, cùm conditio exiſtere non poſſit. *l. Si Titius* 16. *ff. de condit. inſtit.* Item ſi iuſſerit teſtator fundum in familia remanere, ac deinde iuſſerit eum fundum Titio vendi certo pretio, nec adimere fundum familiæ voluiſſe teſtatorem conſtet, neutrum ratum eſt. Cuiac. Quod autem hic dicitur in Teſtamentis, idem & in alijs ſcripturis dici poteſt. Vnde ſcripturæ diuerſæ fidem ſibi inuicem derogantes, ab vna eademq; parte prolatæ, nihil firmitatis habere poterunt. *l. Scripturæ* 14. *C. de fide Inſtrumentorum.*

Ad

Ad §. Quæ rerum natura.

Quæ rerum (a) *natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.*

a QVæ rerum natura &c. Si igitur non moriturum præſtari ſeruum quis promiſerit, hæc promiſſio nulla lege confirmatur. *l. Non moriturum 8. C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione.*

Lex CLXXXIX. Celſus libro 13. Digeſtorum.

Pupillus (a) *nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi adpoſita tutoris auctoritate, creditur: nàm quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.*

a PVpillus &c. Pupillus, vel eſt Infans, vel Proximus infanti, vel Proximus pubertati. Infans in Iure Ciuili eſt is qui minor ſeptennio eſt. *l. 1. §. 1. ff. de adminiſtr.*

niſtr. tut. l. Si infanti 18. *C. de Iur. delib.* Proximus infanti eſt, qui egreſſus eſt infantiam, & qui linguæ gnarus, rerum adhuc ignarus eſt. Proximus pubertati, qui nondum ingreſſus eſt pubertatem, ſed propè eam eſt tamen, ità vt annale tantummodò, vel ſemeſtre tempus reliquum ſit. *Cuiac. ad* §. *Sed quod diximus, Inſtit. de inutil. ſtipul.* Infans neque obligari, neque alium ſibi obligare poteſt. Proximus infanti, vel Proximus pubertati omne negotiũ rectè gerit: vt tamen ſicubi tutoris auctoritas neceſſaria ſit, abhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur. Nàm alium ſibi obligare etiam ſine tutoris auctoritate poteſt. §. *Pupillus, &* §. *Sed quod diximus, Inſtit. de inutil. ſtipul.* Quoniam igitur hereditas obligat nos æri alieno, & ſine animi iudicio adiri nõ poteſt, Infans non adit hereditatem, ſed eam adit eius Tutor. *l.*18. §.2. *C. de Iur. del.* Alij verò pupilli hereditatem adire debent Tutore au-

ctore,

ctore; *leg. more 8. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Et etiam ſi caſus accidere poſſit, in quo hereditas opulenta ſit, nullumque æs alienum habeat, neque tamen eam adire poſſunt pupilli ſine auctoritate Tutoris. Primùm, quia pupillorum aditionem ſine auctoritate Tutoris, infirmat in vniuerſum Ius Ciuile, ſpectando potiùs generalem naturam hereditatis, quàm contingentiam caſualem, arg. *l. nàm ad ea 5. ff. de legibus.* Deinde, quia in ijs, quæ animi iudicio fiunt, Tutoris auctoritas neceſſaria eſt, vt in hac noſtra Regula. Hereditas autem quamuis lucroſa ſit, nec vllum damnum habeat, adiri ſine animi iudicio non poteſt. Nàm aditio animi eſt, & conſilij potiùs quàm facti, ſicut pro herede geſtio, *leg. pro herede 20. in princ. ff. de acquir. vel omit. hered.*

Lex

Lex CXC. Celſus libro 24. Digeſtorum.

Quod (a) *euincitur, in bonis non eſt.*

a Q*Vod euincitur &c.* Rem in bonis noſtris intelligimur habere, quoties poſſidentes, exceptionem: aut amittentes, ad recuperãdam eam actionem habemus. *l Rem in bonis* 52. *ff. de acqu. rer. dom.* Cùm igitur, nec ad retinẽdum, exceptionem; nec ad recuperandũ id quod iuſtè nobis euincitur, actionẽ habeamus, apparet, quod euincitur, in bonis noſtris non eſſe, vt in hac Regula. Et ideò, qui ſoluit rem, quæ euincitur, vel quæ euinci poteſt, non liberatur. *l. Si hominem* 69. *ff. de ſolut. & liberat. l. Omnes actiones* 139. §. *Non videtur ff. h. t.*

Lex CXCI. Celſus libro 33. Digeſtorum.

Neratius (b) *conſultus, An quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæ-*

ſar

ſar reſcripſerat, iàm defuncto dediſſe exiſtimaretur: Reſpondit,non videri ſibi principem, quod, ei, quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſiſſet, defuncto conceſſiſſe. Quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

b NEratius &c. Beneficium quod Princeps quaſi viuenti conceſſit:iàm defuncto conceſſiſſe non videtur. Quem tamen modum eſſe beneficij ſui veller, ad ipſius Principis æſtimationem pertinet. Facit *l. ex facto* 43. *in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Lex CXCII. Marcellus lib.29. Digeſtorum.

Ea (a) *quæ* (b) *in partes diuidi non poſſunt, ſolida* (c) *à ſingulis heredibus debentur.*

a EA *quæ in partes &c.* Cùm à pluribus heredibus inſtitutis

tutis via legata eſt: quia partem non recipit, ſinguli heredes in ſolidum conueniuntur: quia & vno ex heredibus adeunte, vindicari poteſt. *l. vlt. ff. de ſeruitute legata. Facit etiam l.2. §.Ex his ff. de verb. oblig.* Vbi dicitur, quod ſi diuiſionem res promiſſa non recipit, veluti via: heredes promiſſoris ſinguli in ſolidum tenentur. Sed quo caſu vnus ex heredibus ſolidum, præſtiterit, repetitionem habebit à coherede familiæ erciſcundæ Iudicio.

b *Quæ in partes diuidi non poſſunt.* Quæ natura diuiſionem non admittunt, vt Iter, Actus, Via, Aquæductus. *l.2. §.1. & l. ſtipulationes 72. ff. de verb. oblig.*

c *Solida à ſingulis heredibus debentur.* Et viceuerſa heredes ſinguli in ſolidum habent actionem ſi quid indiuiduum hereditati debeatur. *d. l.2. §. Ex his igitur ff. de verb. oblig. & l. Via 17. ff. de Seruitutibus.*

Ad

Ad §. In re dubia.

In re (a) *dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minùs iuſtius eſt, quàm tutius.*

a *In re dubia &c.* De hoc §, dixi in *l. Semper in dubijs* 56. *h.t.*

Lex CXCIII. Celſus libro 38. Digeſtorum.

Omnia (b) *ferè iura heredum perinde habentur, ac ſi continuò ſub tempus mortis heredes extitiſſent.*

b OMnia *ferè iura &c.* De hac lege dictum fuit ſupra ad *l. Omnis hereditas* 138. *ff. hoc tit.*

Lex CXCIV. Modeſtinus lib. 6. Differentiarum.

Qui per (a) *ſucceſſionem quamuis longiſſimam defuncto heredes* (b) *conſtiterunt, non minùs heredes intelli-*

telliguntur, quàm qui principaliter heredes exiſtunt.

a QVi per ſucceſſionem &c. Antiqua enim Regula voluit heredē heredis, Teſtatoris eſſe heredem. *l. vlt. C. de hered. inſt.* Quamuis per ſucceſſionem longiſſimam defuncto heres extiterit. *Tex. hic. l. heredis appellatio* 65. *& l. heredis appellatione* 170. *ff. de verb. ſign.* In quibuſdam tamen ſpeciebus enumeratis in *l. Sciendum* 70. *ff. de verb. ſignific.* heredis appellatio proximum continet, Item ſi Vſusfructus Titio, & eius heredi relinquatur: Talis vſusfructus vna cum primo herede finitur. *l. Antiquitas* 14. *C. de Vſufructu.* Illud notandum eſt, quod Vis huius noſtræ Regulę trahi poteſt etiam ad legata, & fideicommiſſa annua, vt conſtat ex *l. In annalibus* 22. *C. de legatis.* Vbi Imp. Iuſtinianus in annalibus legatis vel fideicommiſſis, quę Teſtator non ſolùm certæ perſonæ, ſed eius heredibus præſtari vo-

voluit, eorum exactionem omnibus heredibus, & eorum heredum heredibus ſeruari, pro voluntate Teſtatoris præcepit.

b *Conſliterunt*: Extiterunt.

Lex CXCV. Modeſtinus lib. 7. Differentiarum.

Expreſſa (a) *nocent, non expreſſa non nocent.*

a *Expreſſa nocent &c.* Nonnunquam contingit, vt quædam nominatim expreſſa officiãt, quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura, quòd euenit, ſi alicuiità legetur: Titio decem do lego., ſi Mœuius Capitolium aſcenderit. Nàm quamuis in arbitrio Mœuij ſit, an Capitolium aſcendat, & velit efficere, vt Titio legatum debeatur: non tamen poterit alijs verbis vtiliter legari: Si Mœuius voluerit, Titio decem do. Nàm in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt.

poteſt. Inde dictum eſt. Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. *l. Nonnunquam* 51. *ff. de condit. & demonſt.* Item ſi ità legatum ſit: Illi, ſi volet, Stichum do. Conditionale eſt legatum: & non aliter ad heredem tranſit, quàm ſi legatarius voluerit: quamuis aliàs quod ſine adiectione, ſi volet, legatum ſit, ad heredem legatarij tranſmittitur: aliud enim iuris eſt, ſi quid tacitè continetur, aliud ſi verbis exprimatur. *l. Si ità legatum* 68. §. *Illi ſi volet ff. de legatis* 1. *Facit etiam ad noſtram Regulam l. ſi quis Sempronium* 68. *ff. de hered. inſtit. & l. Actus legitimi* 77. *cum ibi not. hoc titulo.*

Lex CXCVI. Modeſtinus lib. 8. Differentiarum.

Priuilegia (a) *quædam cauſæ ſunt; quædam perſonæ. Et ideò quædam ad heredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt. quæ perſonæ ſunt, ad heredem non tranſeunt.*

a **P** *Riuilegia quædam &c.* Hæc Regula remanet explicata ex Not. ſuprà ad *l. In omnibus cauſis 68. ff. h. t. Addi poteſt l. Tempus 29. ff. de re Iudicata*: Tempus, quod datur iudicato, etiam heredibus eius cæteriſque, qui in locum eius ſuccedunt, tribuitur: videlicet quod ex tempore deeſt: quia cauſæ magis, quàm perſonæ beneficium præſtatur. Facit etiam *l. 3. in fine ff. de Cenſibus*, vbi dicitur, quod perſonis quidem data immunitas cum perſona extinguitur: rebus nunquam extinguitur.

Lex CXCVII. Modeſtinus libro ſingulari de ritu Nuptiarum.

Semper (a) *in coniunctionibus, non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit.*

a **S** *Emper in coniunctionibus &c. l. Semper 42. ff. de ritu nuptia-*

tiarum. Vide notata ſupra ad *leg. Non omne* 144. *hoc titulo*.

Lex CXCVIII. Iauolenus lib. 13. ex Caſſio.

Neque (b) *in interdicto, neque in cæteris cauſis, pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt*.

b NEque in interdicto &c. Pupillo non nocet dolus tutoris, ſiue ſoluendo ſit tutor, ſiue non. Tex. hic. Ex dolo igitur tutoris pupillus non tenetur interdicto Quòd vi, aut clàm. *l. Is qui in puteum* 11. § *Si tutoris ff. Quod vi aut clàm*. Neque interdicto de Tabulis exhibendis. *l. penult. ff. de Tabul. exhib*. Quod ſi ex dolo tutoris factus ſit locupletior pupillus, in eum danda eſt actio. *leg. Sed & ex dolo* 16. *ff. de dolo malo*.

Lex CIC. Iauolenus libro 6. Epiſtolarum.

Non poteſt (a) *dolo carere, qui* (b) *imperio magiſtratus non paruit,*

a Non poteſt dolo carere &c. Et contrà. Non eſt in dolo qui paret imperio Magiſtratus. *leg. Non videtur* 167. §. *qui iuſſu ff. h.t.* Magiſtratus ergo auctoritas facit, vt quis vel ſit in dolo, vel non.

b *Qui imperio magiſtratus non paruit.* Is videtur Ius dicenti non obtemperaſſe, qui, quod extremum in Iuriſdictione eſt, non fecit: veluti ſi quis rem mobilem vindicari à ſe paſſus non eſt. *l. vnica ff. ſi quis Ius dic. non obtemp.* Sic etiam, qui miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto non admiſit, Imperio magiſtratus non paret. *Tit. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. &c.*

Lex CC. Iauolenus libro 7. Epiſtolarum.

Quoties (a) *nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum* (b) *eſt, quod minimum habeat iniquitatis.*

a QVoties *nihil &c.*Seruus hereditarius ſtipulatus eſt & fideiuſſores accepit vſque in diem certum, poſtea adita eſt hereditas. Quæritur vtrùm tempus ſatiſdationis cedat, & computetur ex die accepti fideiuſſoris, ex quo agi cum eo potuit, an ex adita hereditate, ideſt ex die quo fuit qui agere cum eo poſſet. Si dixeris ex die interpoſitæ ſatiſdationis, captio erit actoris: Nàm tempus ei cedet antequam agere poſſit. Contrà ſi dixeris ex die quo dominus agere poſſit, captio erit Rei, ideſt, fideiuſſoris, nàm in longius tempus extendetur obligatio. Quid fiet? Eligemus quod minimum habet iniquitatis. Iniquius autem grauari Reum quàm Actorē.

Iniquius eſt ex conditione actoris extendi obligationem Rei. Itaque melius eſt tempus cedere ſtatim ex die interpoſitæ ſtipulationis. *l. Si ſeruus 4. ff. de diuerſ. temp. præſcript. Ex Cuiac. & Iacobo Goth.*

b *Eligendum eſt quod minimum &c.* Ex duobus malis minus eligendum eſt. *Cic. 3. de Officijs.*

Lex CCI. Iauolenus lib. 10. Epiſtolarum.

Omnia (c) *quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum* (d) *euentus capiunt, ſi* (e) *initium quoque ſine vitio ceperint.*

c OMnia quæ ex teſtamento &c. Omnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, vt ſunt hereditates, legata, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint. Sententia huius Regulæ hæc eſt: Omnia quæ teſtamento ſcripta ſunt, ita demum valent, ſi & teſtamentum ipſum ab

ab initio valeat, & nullum ſit vitium. Vide not. ſupra *ad l. quod initio 29. hoc titulo.*

d *Statum euentus capiunt*. Valent, perfecta ſunt.

e *Si initium quoque ſine vitio ceperint*. Si ab initio nullum erit vitium. Vitium erit v.g. Si tempore Teſtamenti Teſtator teſtamenti faciendi Ius non habuerit. Si heres inſtitutus, ſi legatarius capiendi Ius non habuerit. Si res legata non fuerit in commercio,

Lex CCII. Iauolenus lib. 11. Epiſtolarum.

Omnis (a) *definitio in Iure ciuili periculoſa* (b) *eſt: Parum* (c) *eſt enim, vt non* (d) *ſubuerti poſſit.*

a OMnis *definitio &c.* Omnis Iuris Regula fragilis eſt, facilè enim ſubuertitur. *Leo Imperator in Baſilicis lib. 2. tit. 3.* Igitur in noſtra lege, definitio idem valet, quod Regula.

 b *Pe-*

b *Periculoſa eſt*. Propter exceptiones, quæ Regulam vitiant & ſubuertunt. Itaque omnes Iuris Regulas ità accipere debemus, vt non perpetuò, ſed plerumque obtineant.

c *Parum eſt*. Ideſt, Vix eſt. In alijs legitur, Rarum eſt.

d *Vt non ſubuerti poſſit.* Et Regula, quibus Caſibus vitiatur, ſubuertitur, irrita fit: perdit ſuum officium, ideſt, effectum. Quod accidit Regulis Iuris facillimè, & ſæpiſſimè ob circunſtantiarum diuerſitatem; vel æquitatis ſingularis ſpeciem aliquam.

Lex CCIII. Pomponius lib. 8. ad Quintum Mucium.

Quod quis (a) *ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur* (b) *damnum ſentire*.

a QVod quis ex culpa ſua &c. Et ideò pœnam quam ex ſuo delicto procurator præſtitit, recu-

recuperare non poteſt *l. qui proprio* 46. §. *Item contrà ff. de procurat.* Item ſi quis negotia aliena gerens, indebitum ſoluit, ſibi imputare debet. *l. ſi quis negotia* 24. *ff. de negotijs geſtis*. Item quod ex facto ſuo vnus ex coheredibus ex ſtipulatione hereditaria præſtat, à coherede non repetet. *l. Inter coheredes* 45. §. *Quod ex facto ff. familiæ erciſ. Facit etiam ad noſtram Regulam l. cum poſtulaſſem* 44. *ff. de damno infecto*.

b *Non intelligitur damnum ſentire*: Sibi debet non alijs damnum imputare. *Regula damnum* 86. *de Regulis Iuris in ſexto*.

Lex CCIV. Pomponius libro 28. ad Q. Mucium.

Minus eſt (a) *actionem habere, quàm rem*.

a *Minus eſt &c.* Minus eſt actionem habere, quàm rem. Nàm fieri poteſt, quod pro-

pter inopiam aduerſarij inanis actio ſit. *leg. Nàm is 6. ff. de dolo malo*. Item quia, actore non probante, reus abſoluitur. *l. qui accuſare 4. C. de edendo*. Et etiam quia litium & executionum euentus in incerto ſæpè eſt. *l. quod debetur 52. ff. de peculio*. Quibus adde ſumptus litis, inducias, & fori moleſtias, quas actor ſubire cogitur, antequàm rem, quam petit, conſequatur. Vide etiam notata ſupra ad *l. plus cautionis 25. hoc titulo.*

Lex CCV. Pomponius lib. 39. ad Quintum Mucium.

Plerunque fit, vt etiam ea, quæ à nobis (a) *abire poſſint, perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſent. Et ideò, quod* (b) *fiſco obligamus, &* (c) *vindicare interdum, &* (d) *alienare, & ſeruitutem* (e) *prædio imponere poſſumus.*

a PLerunque &c. Quæ à nobis abire poſſint. Ideſt, quæ à do-

dominio noſtro recedere, auelli, auferri aliqua ex cauſa poſſint. Puta, ex euentu alicuius conditionis.

b *Fiſco*. Vel priuato. *l. Si debitor* 12. *C. de diſtract. pignor.*

c *Et vindicare*. Non ideò minùs rectè quid noſtrum eſſe vindicabimus, quod abire à nobis dominium ſperatur. *l. Non ideò 66. ff. de rei vindic.*

d *Et alienare*. Et alienatio cùm fit, cum ſua cauſa dominium ad alium transferimus, quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res manſiſſet. *l. Alienatio 67. ff. de contrahen. empt.* E. g. Si res noſtra fiſco, aut etiam priuato, ita ſit obligata, vt ſub conditione aliqua eius fiat: poſſumus, pendente conditione, eam alienare, ſed, exiſtente poſteà conditione, alienatio facta perinde eſt ac ſi facta non fuiſſet. Facit *l. Si duobus* 3. §. *Sin autem C. commun. de legat.* Vbi dicitur, quod ſi ſub conditione fuerit relictum legatum, & heres propter ſpem conditionis minimè implendæ, ad

venditionem proſiluerit : conditione impleta, venditio nulla eſt ab initio, ità vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium procedat.

e *Et ſeruitutem prædio imponere.* Et multò magis acquirere. Et huiuſmodi Impoſitio ſeruitutis durat vſquedum prædium ex obligatione fiat fiſci.

Lex CCVI. Pomponius lib. 9. ex varijs lectionibus.

Iure naturæ (a) *æquum eſt, neminem* (b) *cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.*

a IVre *naturæ æquum eſt &c.* Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuũ augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors. *Cic. lib. 3. Offic.* Hinc eſt, quod ſi Tutor pupillare prædium ſinæ decreto vendiderit, & pretium acceptum creditoribus paternis pueri ſoluerit:

rit: quandocunque domino prædium cum fructibus vindicanti, doli non inutiliter opponeretur exceptio, pretium, ac medij temporis intereſſe, quod creditoribus debetur, non offerenti. *l. Si fundus* 13. §. *Quamquam ff. de reb. eorum qui ſub tut. &c.* Et generaliter pupillus, ne locupletetur cum aliena iactura, obligatur, etiam ſine Tutoris auctoritate, & in eum datur actio ex Reſcriptio Diui Pij in quantum locupletior factus eſt. *l. Pupillus obligari* 5. *in princ. ff. de auct. & conſ. tut.* Vide notata in meis Comment. Inſtit. ad princ. Tit. de auct. Tut. in verbo, At inuicem pupilli.

b *Neminem cum alterius detrimento &c.* Et tamen Vſucapio Iure Ciuili introducta eſt, quæ per longam, & continuatam poſſeſſionem vero domino aufert dominium, & poſſidenti addicit. *l.* 1. *ff. de Vſucap.* Bono publico id factum eſt, ne ſcilicèt quarumdam rerum diù, & fortè ſemper incerta dominia eſſent,

ſent, dicta *l.* 1. *ff. de Vſucap.* Et vt aliquis litium finis eſſet. *l. vlt. ff. Pro ſuo.* Ergò quamuis Ius naturæ repugnaret, vtilius Reipublicæ viſum fuit aduerſus Ius illud naturæ, vſucapionem inducere, quia magis expedit litibus ſinem imponere. Cum verò Ius omne, hominum gratia fuerit conſtitutum, id omne iuſtum, & bonum erit, & naturali ratione conſtabit, quod ad communem hominum vtilitatem, & Reipublicæ quietem conducere poterit, Ergò licèt abſolutè, ſi rem conſideremus, iniquum ſit alterum cum alterius iactura locupletari, tamen ſi iacturam alterius comparemus cum bono illo, quia lites tolluntur, vtilius erit, & melius, vt recipiatur in Ciuitate vſucapio. Cheſius Præceptor meus vir ſummæ doctrinæ, acerrimique iudicij, Interp. Iur. lib. 1. cap. 27. num. 7.

Lex CCVII. Vlpianus libro 1. ad legem Iuliam & Papiam.

Res (a) *iudicata, pro veritate* (b) *accipitur.*

a RES *iudicata &c.* Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo ſententia lata eſt: quamuis fuerit libertinus: quia res iudicata, pro veritate accipitur. *l. Ingenuum* 25. *ff. de ſtatu hominum.* Ex qua lege conſtat hanc Regulam ſpeciatim pertinere ad rem iudicatã ſuper ſtatu perſonæ.

b *Pro veritate accipitur.* Accipitur res iudicata pro veritate, Interim, antequàm ea iuſta ex cauſa retractetur, vel nulla declaretur: Et ſic medio tempore geſta rata legitimaque ſunt. Iac. Got. hic.

Lex CCVIII. Paulus libro 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Non (a) *poteſt videri diſiiſſe habere, qui nunquam habuit.*

a *Non*

a NOn poteſt videri deſiiſſe &c. Priuatio enim ſupponit habitum. *l. Manumiſſiones* 4. *ff. de Iuſt.& Iur. l. Decem* 116. *ff. de Verb. oblig.* Et ideò nulla fœmina poteſt deſinere habere ſuos heredes. *lege Nulla fœmina* 13. *ff. de ſuis & legit. hered. Facit ad hanc noſtram Regulam l. Nemo* 69. §. *Illud quæritur ff. Pro ſocio*. Vbi dicitur, quod Is demum facere videtur, quò minùs facere poſſit, qui erogat bona ſua in fraudem futuræ actionis, non etiam is, qui occaſione adquirendi non vtitur. Facit etiam *l. Titio vſusfructus* 95. *ff. de condit. & demonſt.*

Lex CCIX. Vlpianus lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

Seruitutem(b)*mortalitati ferè*(c)*comparamus*.

b SEruitutem mortalitati &c. Intercidit legatum, ſi ea perſona deceſſerit, cui legatum eſt

ſub

ſub conditione, Et etiam intercidit, ſi ea pœna in eam ſtatuta fuerit, quæ irrogat ſeruitutem: quia ſeruitus morti adſimilatur. *l. Intercidit* 58. *ff. de condit. & demonſt.*

c *Ferè*. Ait, ferè, quia non ſemper quod de morte, idem & de ſeruitute recipitur. Si enim donator ſeruus fuerit effectus priuati: dicendum eſt, non impletam: ſed peremptam donationem: quamuis ſeruitus morti comparetur.

Lex CCX. Licinius Rufinus libro 2. Regularum.

Quæ (a) *ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſt* (b) *facto conualeſcere non poteſt*.

a QVæ *ab initio &c.* De hac Regula dixi ſuprà ad *leg. Quod initio* 29. *ff. h. t.*

b *Ex poſt facto.* Tractu temporis. *dicta l.* 29.

Lex

Lex CCXI. Paulus libro 69. ad Edictum.

Seruus (a) Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

c SEruus Reipublicæ cauſa &c. Sumpta eſt hæc Regula ex *l. Si quis ſeruum 7. ff. Si quis cautionibus.* Vbi dicitur, quod ſi quis ſeruum in iudicio ſiſti promiſerit: ijſdem exceptionibus vtitur, quibus ſi pro libero fideiuſſiſſet: præterquàm ſi Reipublicæ cauſa diceretur abeſſe. Nàm ſeruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

FINIS.

Tibi ſoli ſit gloria,
Qui ſuper Cœli ſolio
Regnas per omne Sæculum
Trinus, & Vnus.

INDEX
Rerum, & Verborum notabilium.

A

ABſentia eius, qui Reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet. Vide pag. 205.

Accepiſſe videri non poteſt, qui actionem habet, quæ poteſt exceptione ſubmoueri. 170.

Actio nulla eſt cum ſeruis. 157.

Actionem habens ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur. 21.

Actionem habere minùs eſt, quàm rem. 297.

Actionem ipſo iure quis non habeat, an per exceptionem infirmetur, nihil intereſt. 167.

Actione vna quis experiri debet, ſi ex vna obligatione plures actiones naſcantur. 69.

Actiones, præſertim pœnales, de

de eadem re concurrentes, alia aliam nunquam conſumit. 192.
Actiones omnes, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent. 203.
Actionem cui damus, eidem multò magis competit exceptio. pag. 228.
Actionem denegare eius eſt, qui poteſt & dare. 151.
Actionibus in *duabus, vtra vtri* ſit præponenda. 154. *& ſeq.*
Actionem mouere alieno nomine, ſponte ſua nemo poteſt. 180.
Actiones infirmantur vel ipſo Iure, vel ope exceptionis. 47.
Actiones ex maleficijs pœnales in heredem Rei non competunt. pag. 61. *&* 167.
Actori licere non debet, quod reo non permittitur. 64.
Actus legitimi qui. Et quando vitientur. 116.
Adfectio quid. 252.
Æquitatem deſiderij quoties naturalis ratio, aut dubitatio Iuris moratur, Iuſtis decretis res tem-

temperanda eſt. 131.
Æquitas in omnibus, maximè tamen in Iure ſpectanda eſt. 137.
Alienare qui poteſt, poteſt etiam conſentire alienationi. 245.
Alienare qui poteſt te inuito, multò magis & te ignorante, & abſente. 44.
Non Alienat qui dũtaxat omittit poſſeſſionem. 176.
Alteri paciſci, legem dicere, ſtipulari nemo poteſt. 111.
Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. 112.
Altius tollere poteſt quis vt ſibi proficiat, non autem vt alteri potiùs noceat. 84.
Ambigua oratio quomodo accipienda. 98.
Ambiguis in orationibus maximè ſenteutia ſpectanda eſt eius, qui eas protuliſſet. 143. *& ſeq.*
Ambigua intentio ità accipienda, vt res ſalua actori ſit. 256.
Ambiguum pactum contra vẽditorem interpretandum eſt. 256.
In Ambiguis pro dotibus reſpon-

pondere melius eſt. 128.

Amittere non videntur rem, quibus propria non fuit. 125.

Animi iudicio agenda, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt. 115.

Arbitrio in aliquem collato, in bonæ fidei Iudicijs, boni viri arbitrium electum intelligitur. 33.

Auferri ex caſu quod poteſt, nõ videtur perfectè cuiuſque id eſſe. pag. 204.

B

BEneficium inuito non datur. pag. 101.

Beneficium quod Princeps quaſi viuenti conceſſit, iàm defuncto conceſſiſſe non videtur. 284.

Bona fides non patitus vt bis idem exigatur. 86.

Bona fides tantũdem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt. 199.

Bonæ fidei poſſeſſor eſt qui auctore Iudice comparauit. 200.

Bo-

Bonorum poſſeſſorem Prætor heredis loco in omni cauſa habet. pag. 174.

C

Capere non videtur quiſquam id quod ei neceſſe eſt alij reſtituere. 78.

Capere cũ effectu accipitur. 19.

Captio, quæ minimum habet iniquitatis, eligenda eſt, quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt. 293.

Caſus fortuiti à nullo præſtantur. 35.

Cauilationis natura. 95.

Cautionis plus eſt in rem;quam in perſonam. 43.

Circunuentio alterius, alij non præbet actionem. 76.

Cognitio cauſæ vbicunque eſt, ibi Prætor deſideratur. 156.

Cognitionem cauſæ ea quæ deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. 104.

Commoda cuiuſque rei eum ſequi debent, quem ſequuntur incommoda. 14.

Com-

Commodatum recipit culpam etiam leuem : 38.

Condemnare qui poteſt, poteſt etiam abſoluere. 60.

Conditio quando habeatur pro impleta, vel non impleta. 62.

Conditioni parere iàm poſſe videtur, qui poteſt facere vt poſſit conditioni parere. 260.

Condemnatio perſonarum, quæ in id quod facere poſſunt, damnantur, quomodo facienda. 257.

In Coniunctionibus ſemper, non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit. 290.

Conſenſui nihil tam cõtrarium eſt, quàm vis, ac metus. 171.

Conſentire non videntur qui errant. 173.

Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt. 73.

Conſilium ſuum in alterius iniuriam nemo poteſt mutare. 114.

Conſtituta ſemel vtiliter, durant, licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerũt. pag. 129.

Con-

Contractus legem ex cõuentione accipiunt. 111.

In Contractibus, ſi non appareat quod actum eſt, quid ſit ſequendum. 56.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam, quidam & diligentiam. 34. & ſeq.

Contrahens cum alio, vel eſt, vel debet eſſe non ignorans conditionis eius. 27.

Creditor pignora, quæ fortuito caſu interierint, præſtare non cõpellitur, nec à petitione debiti ſubmouetur. 125.

Creditor nihil dolo facit qui ſuum recipit. 189.

Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit. 236.

Creditores non fraudantur, cùm quid non acquiritur à debitore, ſed cùm quid de bonis deminuitur. 197.

Crimen nullum patitur is qui non prohibet, cùm prohibere non poteſt. 159.

Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. 58.
Culpæ ſpecies variæ. 35.
Culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. 77.

D

DAmnum is dat qui iubet dare. pag. 253.
Damnum facit nemo, niſi qui id facit, quod facere Ius non habet. 217.
Damnum ſentire non intelligitur, qui ex culpa ſua damnum ſentit. 296.
Data non videntur, quæ accipientis non fiunt. 247.
Dati per errorem, cuius repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt. 81.
Debitor an eſſe deſinat is qui nactus eſt iuſtam exceptionem. pag. 97.
Deceptus non videtur qui Iure communi vſus eſt. 172.
Decretum quæcunque deſiderant

rant de plano expediri non poſſunt. 104.
Defendere nemo cogitur inuitus. 227. Non defendere quis dicatur. 79.
Deijcit & qui mandat. 219.
Delicto ex ſuo nemo meliorem ſuam conditionem facere poteſt. pag. 198.
Delicti præteriti æſtimatio nunquam creſcit ex poſt facto. 202.
Delictum duorum cùm par eſt, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa. 223.
Depoſitarius tenetur ſolùm de dolo, vel lata culpa. Quandoque tamen etiam de leui. 37.
Deportationis ſententia ea ſola aufert, quæ ad fiſcum perueniunt. pag. 145. *& ſeq.*
Diſiuncta vbi ſunt verba, ſufficit alterutrum eſſe factum. 163.
Diſſoluitur quodque eo genere quo colligatum eſt. 57.
Diuertiſſe nõ videtur vxor breui reuerſa. 75.
Dolus malus quid. 35.

Dolo facit qui petit quod redditurus eſt. 260.
Dolo carere non poteſt, qui imperio magiſtratus non paret. 292.
In Dolo non eſt qui paret Imperio magiſtratus. *ibid.*
Dolo malo facere non videtur qui iuſſu Iudicis aliquid facit. 248.
Dolo facere non videtur, qui ſuo Iure vtitur. 83.
Dolo petere non videtur, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere. 268.
Dolo qui deſijt poſſidere, pro poſſidente damnatur. 193. & 216.
Dolo faciens quo minùs haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet. 234.
De Dolo cùm excipitur petitoris, non datur talis replicatio petitori. 223.
Dolus ne præſtetur, nulla pactione effici poteſt. 40.
Domo ſua nemo extrahi debet. pag. 152.
Domus ſua quæ dicatur. 153.
Domum ſuam reficere vnicuiq; licet,

licet, dùm non officiat inuito alteri, in quo Ius non habet. 91.

Donator in id quod facere poteſt condemnatur. 48.

Donare qui non poteſt, neque donationis cauſa poteſt conſentire. pag. 245.

Donari videtur quod nullo Iure cogente conceditur. 124.

Dotis datio recipit culpã etiam leuem. 38.

In Dubijs benigniora ſemper ſunt prçferenda. 85.

Dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſerta, Ius commune non lædunt. 122.

E

EFfectus cuius rei omnibus prodeſt, eius & partes ad omnes pertinent. 214.

Emptoris plerunque eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendum, quæ fuit auctoris. 230.

Error ſcribentis, non vitiat ſtipulationem, neque vitiat Teſtamentum, neque Prçces, neque ſta-

ſtatum hominum. 139.& ſeq.

Quod Euincitur in bonis non eſt. 283.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. 288.

F

FAcere qui debet, ſi non faciat, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit. Et qui facit quod facere non debet, non videtur facere, id quod facere iuſſus eſt. 178.

Factum, Infectum fieri non poteſt. 53.

Factum cuique ſuum, non aduerſario nocere debet. 225.

Factum eius perſonæ præſtare quis debet, ex qua lucrum capit. pag. 215.

Fideiuſſores iuſtam ignorãtiam poſſunt allegare. 66.

Filij familias in leuioribus delictis, ſi obtemperauerint parentibus, excuſantur. 234.

Filiusfamilias neq; retinere, neque recuperare, neq; adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur. pag. 140.

Fœ-

Fœminę ab omnibus officijs ciuilibus,vel publicis remotę ſunt.3.
Fraudator ad quid teneatur.118
Fraudare nemo videtur eos qui ſciunt & conſentiunt. 212.
Fraus, non ex euentu duntaxat, ſed ex cōſilio quoq;ęſtimatur.119
Fructuarius habet commoda & incommoda. 14.
Fructus rei eſt, vel pignori dare licere. 105.
Furioſi nulla voluntas eſt. 63.
Furioſus nullum negotinm contrahere poteſt. 7.
Furioſus abſentis loco eſt. 182.

G

GLadij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coercitionis ad alium transferre nemo poteſt. pag. 101.

H

HAbere deſijſſe videri non poteſt,qui nunquā habuit.303.
Heres heredis, Teſtatoris heres eſt. 287.
Heres nō vult eſſe,qui ad alium transferre voluit hereditatem. 9.

Heres cogitur adire fideicōmiſſi vniuerſalis ſeruandi cauſa. 271.

Heres habet iuſtam cauſam ignorantiæ, ſi cum eo agatur, non etiam ſi agat. 66.

Heres eiuſdem poteſtatis, Iuriſq; eſt, cuius fuit defunctus. 88.

Heredi ſuo nemo plus commodi relinquit, quā ipſe habuit. 177.

Heres non tenetur pęnali actione ex delicto defuncti. 61.

Heres non debet lucrum facere ex delicto defuncti. *ibid.*

Heres ex dolo defuncti tenetur de eo quód ad eum peruenit. 69.

Heres ex dolo defuncti in contractibus tenetur in ſolidum. 69. & 220.

In Heredem cùm prætor dat actionem quatenus ad eum peruenit, ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. 187.

Heredes eſſe nō poſſunt vni duo pro ſolido. 207.

Heredes quomodo teneantur, vel contrà habeant actionem ad ea quæ in partes diuidi non poſſunt. pag. 284. & *ſeq.*

He-

Heredis loco habentur qui in vniuerſum Ius ſuccedunt. 189.

Hereditas quid ſit. 92.

Hereditas, quamuis poſt longum tempus adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. 201.

Honeſtum non eſt omne quod licet. 210.

I

IGnorans quantum ſoluere dedebeat, non poteſt videri in mora. 149.

Imperium Merum non mandatur, Mixtum, & Iuriſdictio mandatur. p.102. Vbi vide de Imperio Mero, Mixto, & Iuriſdictione.

Imperitia culpæ adnumeratur. pag. 195.

Impoſſibilia pro non adiectis habentur. 198.

Impoſſibilium nulla obligatio eſt. 53. *&* 275.

Impubes omnibus officijs ciuilibus debet abſtinere. 3.

Indebitò ſoluti repetio. 126.

Infans, & Infanti proximus quis ſit. 280. *& ſeq.*

Infans neque obligari, neque alium ſibi obligare poteſt. 281.
Infanti proximus alium ſibi obligare etiam ſine Tutoris auctoritate poteſt. 281,
Interſit quatenus cuiuſque, in Iudicis arbitrio poſitum eſt. 41. *& ſeq.*
Inuito non tribuitur quod ei pro eo præſtatur. 231.
Inſtitutio, quæ ab initio inutilis fuit, ex poſt facto conualeſcere non poteſt. 305.
Iracundiæ calor quando excuſet. pag. 75.
Iudicia quæ paria, maiora, minora. 154.
Iudicis factū quod ad officium eius non pertinet, ratū non eſt. 254
Iuſdicenti impunè non paretur ſi ſupra Iuriſdictionem ſuam velit Ius dicere. 255.
Ius priuatorum conuentione immutari non poteſt. 45. *& ſeq.*
Iure contracta, contrario Iure pereunt. 149.
Iure ſingulari benignè receptū ne-

neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa, non eſt producendum ad ſimilia exempla. 209.

Iuris plus ad alium nemo tranſferre poteſt, quàm ipſe haberet. 82.

L

Legatarius non debet plus iuris habere, quàm heres, aut ipſe Teſtator haberet ſi viueret. 240

Legatum filiofamilias relictum, an, & quando filio ſolui poſſit. 28.

Legati commodum quando per nos his, quorũ in poteſtate ſumus, mortuis nobis, acquiratur. 25.

Legatũ quando, mortuis nobis, ad heredes noſtros tranſeat. 25.

Legatum quandoque tacitè adimitur. 29.

Legum parens eſt æquitas. 137.

Libertas inæſtimabilis res eſt. pag. 156. & 267.

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt. 179.

Libertati fauendũ eſt in obſcura voluntate manumittentis. 265.

Libertatis quoties dubia eſt interpretatio, ſecundum libertatem

reſpondendum eſt. 30.

Libero facto proficere nõ poteſt, quod quis, dũ ſeruus erat, egit. 212

Sine Liberis deceſſiſſe non videtur, qui prægnantem vxorem reliquit. 278.

Litis alienæ idoneus defenſor nemo ſine ſatiſdatione intelligitur. pag. 161.

Litis cõteſtationis effectus. 132. *& ſeq.*

Locatum recipit culpam etiam leuem. 38.

Locupletari nemo debet cum aliena iactura. 300.

Locuples nũquam habetur qui rem alienam defendit, 246.

Locupletior non eſt factus qui Libertum acquiſiuit. 185.

Lucri vtriuſque cauſa quoties ratio vertitur, is præferendus eſt, cuius in lucrum cauſa tempore præcedit. 147. *& ſeq.*

M

MAiorem per partem quod publicè fit, refertur ad vniuerſos. 239.

Man-

Mandare creditur qui non prohibet pro ſe interuenire. 90.
Mandato comparatur ratihabitio. 91.
Mandatum recipit culpã etiam leuem. 38.
Menſium duorum vbi lex facit mentionem, & qui ſexageſimoprimo die venerit, audiendus eſt. 150.
Minus ſemper ineſt in eo quod plus ſit. 160.
Mora ſua vnicuique nocet. 259.
Moram facere non videtur qui ſine dolo malo ad Iudicium prouocat. 93.
Mora nulla ibi intelligitur fieri, vbi nulla petitio eſt. 134.
Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt cùm defraudantur, non vt facilius calumnientur. 164.
Mutus, ſi intellectũ habet, poteſt videri reſpondere vbi nõ voce, ſed præſentia opus eſt. Idem in Surdo: hic quidẽ & reſpondere poteſt. 182

N

NAtura quis debeat. 127.
Natura rerum quæ prohiben-

tur, nulla lege cõfirmata ſunt. 280.

Neceſſitudinis infinita æſtimatio eſt. 266.

Negans ſe debere, non prohibetur etiam alia defenſione vti. 68.

Negotia geſta recipiunt culpam etiam leuem. 38.

Nolle eſt eius, qui poteſt velle. 5.

Noſtrũ quod eſt, ſine facto noſtro ad aliũ trãsferri non poteſt. 15

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. 51.

O

Obligatio nulla cadit in perſonam ſeruilem. 33.

Obligatio nulla valet efficere, vt id quod nullius eſſe poteſt, alicuius fiat. 272.

Obligatur nemo ideò, quia receptiurus eſt ab alio quod præſtiterit. pag. 255.

In Obligationibus, in quibus dies nõ ponitur, pręſenti die debetur. 19

Obligatam rem alteri, & vindicare interdum, & alienare poſſumus. 298. *& ſeq.*

Oligatio tollitur pluribus modis. pag. 57.

Obligatione ſi qui liberatus ſit, poteſt videri cæpiſſe. 170.
Obſcurum factum vnde capiat interpretationem. 251.
Obſcura in re melius eſt fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro. 64.
In Obſcuris quid inſpici ſoleat. pag. 168. & *ſeq.*
In Obſcuris, quod minimum eſt ſequimur. 12.
Officium publicum & Ciuile, an ſit idem. 4.

P

Pater quando teneatur de peculio propter filiumfamilias. 87.
Quod Pendet non eſt pro eo quaſi ſit. 253. *in fine.*
Peti non poteſt, niſi ſoluendi tempore, obligationi adiecto, præterito. 276.
Peti nihil poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit. 276.
Plus cui licet, quod minus eſt, non debet non licere. 31. & 243.
Pignori acceptum recipit culpam

culpam etiam leuem. 37.
Pœnalibus ferè in omnibus Iudicijs & ætati,& imprudentiæ ſuccurritur. 158.
In Pœnalibus cauſis, benignius interpretandum eſt. 227.
Pœnæ nomine ſolutum, non repetitur. 72.
Pęnam petere illi debet permitti,qui in eā non incidit. 223. *in fine*
Pęnalia Iudicia ſemel accepta in heredes tranſmitti poſſunt. 244.
Poſſeſſio quomodo acquiratur, Retineatur, vel Amittatur. 222.
Poſſidētis melior eſt cauſa cùm de lucro duorū quæritur. 55. *& ſeq.*
Poſſeſſor potior haberi debet in pari cauſa. 188.
Prædo nemo eſt qui pretium numerauit. 185.
Prætore vetante qui fecit: hic aduerſus Edictum feciſſe propriè dicitur. 151.
Precarium recipit duntaxat dolum malum. 38.
Principalis cauſa cùm non cōſiſtit: nec ea quidē quæ ſequuntur ple-

plerunque locum habent. . 191.
Priuatis non eſt concedendum quod ſpectat ad publicum Magiſtratus officium. 266.
Priuatorum conuentio Iuri publico non derogat. 45.
Priuilegium quandoque eſt perſonale, quandoque genus actionis priuilegio locum facit. 99. *& ſeq.*
Priuilegia quædam ad heredem tranſeunt, quædam ad heredem non tranſeunt. 289.
Prodigus quis dicatur. 63.
Prodigi nulla voluntas eſt. *ibid.*
Prodigus poteſt hereditatem adire, & ſtipulari, non tamen tradere, vel promittere. *ibid.*
Prouinciæ Ius non innouat temporaria permutalio. . 181.
Pugnantia interſe in Teſtamento vbi iubētur, neutrū ratū eſt. 279.
Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi adpoſita tutoris auctoritate, creditur. 280.
Pupillus pati non poſſe intellitur. pag. 162.
Pupillus, ne locupletetur cum

alie-

aliena iactura, obligatur, etiam à ſine Tutoris auctoritate. 301.
Pupillus omnia Tutore auctore agere poteſt. 7.
Pupillus poteſt alium ſibi obligare etiam ſine Tutoris auctoritate, non autem obligari. 281.
Pupillus quando & quomodo poſſit adire hereditatem. *ibid.*
Pupillo nõ nocet dolus Tutoris, ſiuè ſoluẽdo ſit Tutor:ſiuè nõ.291
Pupilus, qui proximus pubertati eſt, capax eſt furandi, & iniuriæ faciendæ. 166.
Pubertati proximi qui dicantur. pag. 281.

Q

QVærelã amittit qui legatum cepit. Non autem qui per exceptionem à petitione remotus fuit. pag. 18.& 19.

R

RAró quæ accidunt non temerè computantur. 94.
Ratihabitio in maleficio comparatur mandato. 219.
Regula quid ſit. 1.
Re-

Regula fit ex Iure quod eſt. 1.

Regula quando perdat officium ſuum. 3.

Regulæ Iuris periculoſæ. 295.

Regula Catoniana. 50.

Rei fauorabiliores potiùs quàm actores habentur. 183.

Repudiare quis non poteſt id, quod, habere non poteſt. 262.

Res Iudicata, pro veritate accipitur. 303.

Res ex pluribus cauſis noſtra eſſe non poteſt. Poteſt autem ex pluribus cauſis nobis deberi. 237.

Rei ſuæ neq; pignus, neq; depoſitum, neq; præcariũ, neq; emptio, neq; locatio conſiſtere poteſt. 70.

Rei ſuæ neque commodatum, neque ſtipulatio, neque legatum, neque vſusfructus, neque alia ſeruitus coniſtere poteſt. 71.

Reſtituas, Verbum in lege poſitum, fructus quoque comprehendit. 258.

S

Sanguinis Iura nullo Iure Ciuili dirimi poſſunt. 11.

Scri-

Scripturas vitiare non ſolent ea quæ abundant. 141.
Serui meliorem conditionem noſtram facere poſſunt, non deteriorem. 196.
Serui ex contractibus naturaliter obligantur. 33.
Serui ex delictis obligantur. *ibi.*
Seruis delinquentibus quandoque ignoſcitur. 233.
Seruitutem mortalitati ferè cõparamus. 304.
Serui Iure Ciuili pro mortuis habentur. 54.
Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. 306.
Seruus in quibus interuenire non poſſit. 264.
Societas & dolum recipit,& culpam latã, non etiam leuem. 39.
Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt. 73.
Socius inuito ſocio poteſt communis prædij portionem ſuam alienare. 44
Ex Solemnibus, nihil facilè mutandum eſt. 273.
Sol-

Soluendo videri eum qui defenditur, nemo dubitat. 142.

Solutum iuſſu alterius, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet. 270.

Specialia ſemper inſunt generalibus. 213.

Species derogat generi. 120.

Stipulantes, etiam ſub conditione, omnimodò eis, quorum in poteſtate ſumus, acquirimus. 26.

In Stipulationibus id tempus ſoectatur, quo contrahimus. 211.

In Stipulationibus promiſſoris gratia tempus adijcitur. 23.

Succeſſio quoties alicui duplici Iure defertur, repudiato nouo Iure, quod anteà defertur, ſupereſt vetus. 138.

Succedens in Ius, dominiumue alterius, Iure eius vti debet. 267.

Succedenti in alicuius locum, non nocet quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſit. pag. 229.

Succeſſoribus etiam obſtabit, quod ipſis, qui contraxerunt obſtat. 209. Non debeo melioris cō-
di-

ditionis eſſe quam auctor meus. pag. 265.
Succeſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, quomodò in cõtractibus teneantur. 235.

T

TAcere eſt medium quoddam inter fateri, & negare. 208.
Teſtatus ex parte, & ex parte inteſtatus idem decedere non poteſt, niſi ſit miles. 10.
Teſtamento ſcripta, itȧ demum valent, ſi & Teſtamentum ipſum ab initio valeat, & nullum ſit vitium. 294.
Teſtamento ſcripta, quæ intelligi non poſſunt, perinde ſunt ac ſi ſcripta nou eſſent. 110.
Teſtantium voluntates pleniùs interpretantur. 17.
In Teſtamentis tempus adiectum creditur pro herede. 23.
Teſtamentũ quandiu poſſit valere, tandiu legitimus non admittitur. 135.
Teſtamenti Ius omne ſoluitur, ſi ne-

ſi nemo adit hereditatem. 270.
In toto & pars continetur. 113.
Tutorem Teſtamento dare quis poſſit. 107.
Tutela quando ſequatur hereditatem. 106.
Tutela recipit culpam etiam leuem. 38.
Tutoris auctoritas neceſſaria eſt in eo quod animi Iudicio fit. pag. 280.
Tutoris auctoritas poſt tempus interpoſita, nihil agit. 50.

V

VAni Timoris nulla æſtimatio eſt. 274.
Velle non creditur qui obſequitur imperio patris, vel domini. pag, 6. 6.
Venditio non eſt imaginaria, pretio accedente. 22.
Vēditum recipit culpam etiam leuem. 38.
Vendere aliud eſt, aliud vendenti conſentire. 238.

Vi

Vi factum, vel clàm quid videatur. 109.

Vi factum, aut in vis publicæ, aut priuatæ crimen incidit. 217. & ſeq.

Vis publica, vis priuata. *ibid.*

Vim facere non videtur qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur. 226.

Vitioſum ab initio non poteſt tractu temporis conualeſcere. 49.

Vſucapio ob bonum publicum introducta. 301.

Vſucapere non poteſt qui in ſeruitute eſt. 175.

Vſuario pecoris, vel ædium quid debeatur. 17.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13 10 E 18